



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmanstorff ad
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatae Concionis Moralis In
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

Penzinger, Sebastian Heinrich

Solisbaci, 1698

November.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51763)

NOVEMBER.

IN FESTO OMNIUM
SANCTORUM.

CONCIO PRIMA.

*Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa
est in cœlis. Matth. 5.* Textus.

Rectum est, simul & utilissimum, Sanctos Thema.
colere.

Quod rectum, dignum, & justum sit Sanctos Dei, ut Exordium.
intimos amicos Dei, colere, honorare, & invocare,
ut nobis patrocinentur, suâ intercessione Dei opem,
& auxilium implorent, S. Mater Ecclesia jam in Ex-
ordio suo docuit, & praxis continua stabilivit; placeat de hac lau-
dabili consuetudine audire Patres: *Angelorum exercitum, &* Patres.
Spiritus Propheticum colimus, verboque, & re veneramur, id- S. Justinus.
que omnibus, ut docti sumus, tradimus, scribit S. Justinus Mar-
tyr, qui vixit Anno Christi 170. in 2. Apolog. pag. 2. Inci-
piam me genibus prosternere, & deprecari omnes Sanctos, ut mi- Origenes.
hi non audenti petere Deum, succurrant, ô Sancti Dei, vos la-
chrymis, & fletu, pleno dolore deprecor. loquitur Origenes, qui
vixit Anno Christi 200. in tractatu threnorum. Precamur bea- Ephrem.
tissimi Martyres, qui pro Domino Salvatore tormenta subiistis, at-
que adeo familiaris Deo conjuncti estis, ut pro nobis miseris Do-
minum

- minum interpellare dignemini. Ita precatur S. Ephrem, qui vixit Anno 300. Sermon. de SS. Martyribus. *Tu vero ab alto nos propitius respice, nostrumque sermonem, & vitam dirige.* suspirat S. Gregorius Nazianz. qui obiit 9. Maji Anno Christi 390. oratione in S. Cyprianum. *Non erubescamus eos (Sanctos inquam) intercessores nostra infirmitatis adhibere, isti enim sunt nostri Praesules, speculatores vitae, actorumque nostrorum.* hortatur S. Ambrosius, qui obiit 4. Aprilis 397. lib. de viduis. *Felices Sancti Dei omnes, qui jam pertransistis huius mortalitatis pelagus, & pervenire meruistis ad portum aeternae quietis, securitatis & pacis, ac tranquilli, semperque festivi, & jucundantes; obsecro vos per vestram charitatem, solliciti estote de nobis, pro ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, estote memores nostri, subvenite nobis miseris.* sic orat S. Augustinus, qui obiit 28. Augusti 433. in lib. meditat. cap. 24. ad cultum Sanctorum; & Dei verbum nos hortatur: *Ad aliquem Sanctorum convertere.* Job. 5. Et David canit 150. Psalmi: *Laudate Dominum in Sanctis eius.* Nunc quantum profit Sanctos Dei devotè colere, & invocare, iterum asserta Patrum testantur: *Summoperè nobis desideranda sunt suffragia Sanctorum, ut quod possibilitas nostra non obtinet, eorum intercessione donetur.* docet S. Bernardus in Sermon. *Magnus nos illic charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa illic turba desiderat, jam de sua immortalitate secunda, & adhuc de nostra salute sollicita; quis autem ambigat cum ratione de amplissima eorum potestate, gratiaque apud Deum, à quo, ut canit Regius Vates, constituti sunt Principes super omnem terram: ita S. Cyprianus lib. de immortalitate. Cum his nobis familiaritas est, semper nobiscum sunt, nobiscum morantur, hoc est, & in corpore nos viventes custodiunt, & de corpore excedentes excipiunt.* inquit S. Maximus de Martyribus. *In manibus abscessa capita gestantes, & in medium afferentes quaque voluerint, apud Regem caelorum imp-*

impetrare possunt. Proinde magna fide promptitudineque huc ^{S. Chryso-}
veniamus. horratur S. Chrysostrum Serm. in S. Maximum, ^{mus.}
 & Juvenalem, & iterum de Martyr. Non enim portus tam ido-
 nei ad refocillandos nautas, quam recreantur fideles Sanctorum
 memoris. Et iterum hom. 51. in Matthæum: *Habent vim*
pro nobis, & quidem maximam orationes, supplicationesque San-
ctorum, sed tunc profecto, cum nos quoque id ipsum per peniten-
tiam postulamus, & ad studia meliora confugimus. Concludo
 cum S. Basilio hom. 20. in Quadrag. Martyres: *Paratum hic*
est Christianis auxilium, Ecclesia videlicet Martyrum, exercitus ^{S. Basilius.}
triumphantium, chorus Deum laudantium. Sape laborastis, sa-
 pe operam dedistis, ut unum pro vobis orantem inveniretis, qua-
 draginta sunt hi, unam orationis emittentes vocem. Implorata
 S. Spiritus gratia desuper Conceptus dabo.

CONCEPTUS I.

Sancti Dei in sacris litteris soli, & stellis comparantur: *Justi* ^{Confirmatio.}
fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Matth. 13. *Stella à stel-*
la differt in claritate. Paulus 1. ad Corinth. 15. Cur planetis,
 soli, ac stellis comparantur? Si sunt Sancti Dei sicut sol, & lumen
 majus, quomodo etiam sicut stellæ, lumen minus? Nota est solis
 beneficentia, qui non modo in omnes creaturas promiscue, sed
 in quamlibet, curâ prorsus singulari, ac determinatâ se effundit,
 ut adeo verè subscripserim: *Omnibus & singulis.* Audiamus S. Am-
 brosum lib. 4. Hexam. cap. 6. *Magnus sol, qui complet orbem*
terrarum suo calore, nec solum terras, sed etiam aërem hunc, &
mare, cælique faciem, que in quâcunque parte fuerint cæli, illu-
minat omnia, & aque speculari à cunctis. Soli ergo compa-
 rantur Sancti Dei, adjuvantes omnes, & singulos; beneficientes,
 patrocinantes omni, tam bono, quam malo, pio animo eos im-
 ploranti. Et stellis Sancti Dei assimilantur: cur stellis? Stellis sub-
 scribit Academicus: *Influunt, & fecundant:* experientia teste,
 stellæ divites influxus in sublunaria immittunt, ita ut ad influxum
 hujus stellæ proveniat aëris serenitas; ad alterius stellæ influxum,
 Pars II. (R. r) salu-

salubris pluvia, ad aliã stellæ communicationem, venti confur-
gant, calor, & aëris temperies proveniat; sic Sancti Dei, suis me-
ritis, ac precibus, miras Dei gratias nobis procurant; corporibus
sanitatem, campis, fructuum fertilitatem, ac his maturitatem;
sicut stellæ influunt in corpora, sic Sancti, & in corpus & in ani-
mam, & sicut Deus operatur in mundo mediis stellis, sic & Deus
gratias suas concedit, mediâ sanctorum intercessione. *Quod
possibilitas nostra non obtinet, eorum intercessione donec.*
Bernardus in Serm.

CONCEPTUS II.

Exodi 25. præcipit Deus: *Pones super mensam panes propo-
sitionis in conspectu meo semper.* Origenes hom. 13. in Levitic.
Per panes propositionis Sanctos Dei intelligit; unde fors mos in-
valuit, quod hâc die panes distribuuntur, *Aller Heiligen Brod:*
& cur sub pane Sancti Dei repræsentantur? revera homini ad con-
servationem vitæ nihil utilius, condæcibilius, ac magis necessa-
rium est pane; commune hominis nutrimentum panis est, sine
pane vivere nequit, panis est hominis optimum fomentum, ac
nutrimentum: panibus ergo comparantur Sancti Dei, intelliga-
mus: uti panis corpus nutrit, pascit, augmentat, roborat, sic San-
cti Dei, devotè culti, & invocati, quoad corpus & animam nos
roborant, gratiarum, ac donorum Dei profectum nobis impetran-
tes: Optimè S. Augustinus lib. de amicitia cap. 5. *In rebus huma-
nis nihil sanctius appetitur, nihil experitur dulcius, nihil fru-
ctuosius tenetur justis amicitia, habet enim fructus vite præsen-
tis, & aterna.*

CONCEPTUS III.

Isaias cap. 17. de Deo ait: *Et erit justitia cinctorium lumborum
ejus.* Septuaginta Interpretes pro justitia legunt *Justi. Erunt Justi
cinctorium lumborum ejus.* Justi suâ intercessione, suo patrocinio
cingunt renes, & lumbos Dei, ligant manus Judicis, ne contra nos
Deus justo furore procedat. Sic ligavit Moyses adhuc in terra
constitutus cinctorio precum vincetas manus Dei, ut Omnipotens
peteret: *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, ut do-*
leam

leam eos. Exodi 32. *Dimitte me*, inquit Deus: quis ligavit, quis
 strinxit, ac detinuit? nil aliud nisi Moyſis precatio: *aut dimitte*
eis noxam hanc, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcri-
psiſti. Conſolatiffimè Sanctus Chryſoſtomus in Pfalmum 50.
Conſuetudo miſericordia Dei eſt, honorem hunc dare ſervis ſuis,
ut propter eos ſeruentur & alii.

CONCEPTUS IV.

Notat, & obſervat Petrus Berchorius: ex ſententia Rabani,
 & Astrologorum, tantam eſſe pernecitatem motûs, quo cœlum
 rotatur, ut niſi moras contrarius planetarum motus adferret,
 jam pridem mundi machinam totam ſolviffet: ita ſcribit lib. 5.
 reduct. moraliſ cap. 2. num. 7. *Cœlum movetur velociffimè, &*
ideo ne motus ejus velocitas mundi machinam diſſiparet, voluit
eum natura motu planetarum retardare. Quid tam velox, ra-
 pidum, incitatum, quàm ira & furor Dei; *Deus noſter ignis con-*
ſumens eſt: ad Hebræos cap. 12. Ignis celeriffimus, fulmen ve-
 lociffimum, quod in momento ferit, & conficit, in quæcunque in-
 cidit, qui furoris, & iræ Dei impetum, ac celeritatem moderabi-
 tur, retardabit? Planetæ, Sancti Dei, ſuis precibus; ſi Sancti Dei
 irato Numini ſupplices non obtuliſſent, dudum mundus interiiff-
 ſet, ut concludit S. Hieronymus in cap. 9. Jobi: *Portantes orbem*
Sancti rectè intelliguntur, portant enim mundum, dum eum, ne
ruat, ac pereat, orationum forſitudine ſuſtinent.

CONCEPTUS V.

Æterna Veritas inquit Matth. 11. *A diebus autem Joan-*
nis Baptiſta, regnum cœlorum vim patitur; & violenti rapiunt
illud. Quis eſt ille, qui divino Numini vim infert, & ad nutum
 ſuum obediens efficit? Reſpondet S. Chryſoſtomus hom. 38. in
 Matth. eſſe S. Joannem Baptiſtam; patrocinium, ſuffragium, ac in-
 terceſſio S. Joannis Baptiſtæ, infert vim Deo altiffimo, cogit Omni-
 potentem ad miſericordiam, & gratiam erga nos miſeros morta-
 les: preces enim Sanctorum viventium in terra dum vigent, Deum
 mulcent, moventque, at verò dum animam egerunt, trahunt, im-
 pellunt,

(Rr) 2

pellunt, & vim faciunt vel invito: juxta phrasim mellifui Bernardi:
Per Sanctorum cineres, & ossa orare, est cælum violentè pullare.
Ex Sanctorum memoriâ ad omnes provenit utilitas. Concludit S.
 Chrysoftomus hom. 65. in Matth.

CONCEPTUS VI.

Simonie vitio se maculavit Giezi, pariter Simon Magus:
 Giezi punitur leprâ hæreditariâ: *Et egressus est quasi nix ab eis*
leprosus. 4. Regum cap. 5. Simon Magus impunitus recedit: am-
 bo gravissimè peccaverunt, idem scelus commiserunt, unus laus,
 Giezi leprâ punitur; alter salvus evadit; unde Simon Magus Dei
 misericordiam invenit, cur clementer Deus ei delictum pepercit?
 durè, ut Giezi non puniverit? Respondet Abulens. in illud 4. Re-
 gum, quæst. 47. Pro Giezi nemo oravit, non fuit aliquis, qui
 oraret pro Giezi, ideo punitur illum tanquam non habentem ap-
 plicatorem; Simon Magus autem post peccatum commissum in-
 vocavit auxilium Sanctorum, pro Simone orarunt sancti Dei Apo-
 stoli, ut patet Actuum c. 8. *Precamini vos pro me ad Dominum,*
ut nihil veniat super me horum, quæ dixistis &c. Quàm bene
 S. Chrysoftomus hom. 5. in Matth. *Habent vim pro nobis, & qui-*
dem maximam orationes, & supplicationes Sanctorum, sed tunc
profectò, cum nos quoque idipsum per penitentiam postulamus,
& ad studia meliora confugimus. Historiæ si placent, legat meam
 germanicam Catechesim cap. 15. §. 5.

Et rogus.

S. Ambrosius lib. de Arca Noë cap. 7. Sanctos Dei Arcam Noë
 vocat: cur? Arca, filiis Noë, imò bestiis, fuit vitæ conservatio, ac
 præsidium; ita & Sancti, universorum sunt Patroni, & conservato-
 res. Ad hanc Arcam, ad patrocinium Sanctorum confugiat
 unusquisque, & à malis tuebitur, ad optima
 gratiarum sublevabitur.

Amen.



IN FESTO OMNIUM
SANCTORUM.

CONCIO SECUNDA.

Beati pauperes. *Matth. cap. 5.*

Textus.

Paupertas est optimus Dux ad meliorem frugem, Pauper terrenis, ac cœlestibus bonis dives est.

Thema.

Unae orbis, dimidiâ tantum sui parte conspicuus, reliqua inter tenebras squalente, seipsum solatur: *Pauper, Soli propior*: sic pauperes in hoc mundo, & egenes, hoc solatium habent: Deo, & gratiis divinis, sunt proximiores: audiamus Sacram Scripturam: *Factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno, in tribulatione sua, spes à turbine, umbraculum ab aestu.* *Isaia cap. 25. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor, non in finem oblivio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.* canit David Psalmo 9. Et iterum Psalmo 22. *Populum pauperem salvum facies.* Audiamus & Patres: *Pauperes egent in hoc saculo, sed sunt locupletes Deo, vitiis vacui, sed virtutibus pleni, despecti hominibus, sed acceptabiles Deo.* scribit Cassiodorus in Psalmos. *Arca plena auro, cor plenum est fide, foris pauperies, sed intus dives est.* inquit S. Augustinus in Ps. 66. & Serm. 212. *Pauper in terra, dives in conscientia.* Et iterum Serm. 76. *Omnis Philosophia magistra nobis est inopia, non ita laudamus Joseph, cum pumentum distribuobat, sicut cum carcerem habitabat.* Sape
(R r) 3 pauper-

Exordium.

Textus Sacre
Scripturae.

SS. Patres.

Cassiodorus.

S. Augustinus.

- paupertas modestiam persuasit, reluctanti animo, inter tentoria
patarcha. paupertatis sobrie ac sollicita, luxus iners, sopor marcidus, ac
 tia languida, & enervata non subeunt. docet Franciscus Petre-
 cha lib. 2. de remediis dialogo 8. Magna quadam penna est
 paupertatis, quâ tam citò volatur in res, num caelorum, nam
S. Bernardus aliis virtutibus, quae sequuntur, Matthaei 5. promissio futuro tem-
 pore indicatur, paupertati non tam promittitur, quam dicitur.
S. Bernardus Serm. 4. Adventus. Quod si virtutibus cognos-
 paupertas, terrena & caelestis probatur disciplina, Athleta ad ce-
 lum, tamen nudus accedit, configit cum fluctibus nauta nudus, miles
 in acie non nisi expeditus assistit, qui tendit ad philosophiam, in-
 tum, quod in rebus est, ante contemnit. perorat *S. Chrysostomus*
 Serm. 28. Paupertas est abdicatio sollicitudinum saeculi, iter ad
 Deum sine impedimento, expulsio omnis tristitia, fundamentum
Climacus. pacis, munditia vita, quae nos liberat curis omnibus vite transi-
 untis, & facit, ut Dei mandata perfecte exequamur. docet *Cli-*
macus gradu 17. Quid paupertate melius? quid securius? quid
 jucundius? tristentur omnes, cuncti gemant, formident unquam,
 hac semper hilaris, semper eodem vultu, eodem animo perse-
 rat, bonum caeleste praestolatur possidere in caelo, ideo nihil habet
S. Laurentius
Justinianus. quod amittere possit in terrâ, frequenter evolat ad supernam
 patriam, ubi suum remuneratorem cognoscit. ita scribit *S. Lau-*
rentius Justinianus in ligno vitae, tract. de paupertate cap. 4.
 Primam hanc beatitudinem uterque Evangelista posuit, virtus
S. Ambrosius enim prima est, & parens, generatioque virtutum. tradit *S. Am-*
brosius lib. 5. in Lucam, & alibi habet: Ut rerum facultates in-
 strumentum sunt omnium vitiorum, ita harum abnegatio, in-
 nitrix est, nutritrixque omnium virtutum. Concludo cum
S. Chrysostomo Serm. 18. super epistolam ad Hebraeos: Pau-
 pertas est manu ductoria quadam in via, quae ducit ad caelum, ex-
 ercitatio athletica, exercitatio quadam magna, & admirabilis, portus
 tranquillus, Divinâ gratiâ invocatâ desuper Conceptus pandit

CONCEPTUS I.

Galaaditæ Ducem Jephthe nimium oderant, & averfabantur: *estis, qui odistis me, & ejecistis me de domo Patris mei.* Judicium cap. 11. Hi populi Galaaditæ, Jephthe, quem despectum ab-
 erant, tandem multum venerantur; subjicientes se ei, ac Prin-
 cem, ac Dominum suum submissè respicientes: quid hæc super-
 ac proterva capita ad meliorem frugem compulit? quod
 Jephthe, quem olim oderant, nunc venerentur, quem antea ab-
 jeecerant, jam Dominum suum respiciant? quem prius spreverunt,
 nunc opem ejus supplices implorent? meliores fecit Galaaditas
 paupertas, & indigentia: ab Ammonitis humiliati, ad incitas, ad
 mendicitatem, flamma & ense redacti, discunt sapere; Jephthe
 Principem suum respiciunt, ac venerantur: ita textus Judicium
 cap. 11. *Nunc venistis ad me, necessitate compulsi.* Desuper S.
 Augustinus apud Hugonem Cardinal. *Felix necessitas, qua ad
 meliora compellit.* Jephthe figura & umbra Christi erat, quot sunt,
 qui in prosperitate, & abundantia, peccatis & sceleribus Christum
 spernunt, odiunt, abjiciunt, despiciunt, necessitate, paupertate
 verò, vel ab injuriâ, vel infortunio immissa, ad meliora conver-
 si, Christum agnoverunt, Deum coluerunt, vitam meliorem in-
 stituerunt. Academicus sequenti symbolo hanc veritatem elu-
 cidavit: nempè gruem statuit in medium, cui dormitanti si sa-
 pillus è pedibus prolabitur; *Dormitans excitatur.* Sic mortales
 vitii indormientes, si bonis suis temporalibus excidunt, ad pau-
 periam rediguntur, è somno vitiorum, ad virtutis studium exci-
 tantur, & impelluntur. Optimè Petrarca lib. 2. de remed. dia-
 logo 8. *Sapè quidem paupertas modestiam persuasit reluctanti
 animo. Inter tentoria paupertatis sobria, atque sollicita, luxus
 iners, sopor marcidus, ac vitia languida non subeunt.*

CONCEPTUS II.

Sceleratam vixit vitam filius prodigus, insolens ac superbus,
 Patrem coëgit ad portionem hæreditatis suæ extradendam: *Pater,
 da mi-*

da mihi portionem substantia, qua me contingit: Luca 15. Portione obtenta in cœno voluptatum volutabatur: Vivendo luxuriose. Hic insolens lascivus juvenis, tandem respicit, indebit de Patris offensa, detestatur venerem, in integrum correctus revertitur, ad pedes pii parentis prostratus veniam exorat: Pare peccavi in cœlum, & coram te, & jam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenariis tuis. Quid ad tantam morum emendationem, vitæ antea actæ correctionem, hunc filium induxit? quis virtutum Dux, ac Doctor? amoris in Parentem, ac humilitatis instructor fuit? fuit paupertas, & inopia: Cœpit egere: cupiebatque implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant. Desuper S. Petrus Chryzologus Scribit: 2. Fames revocat, quem saturitas exulârat, fames illi patrem dedit sapere, cui copia rulerat genitorem. Paupertas facit agnoscere vitia, docet emendare scelera, instruit exorare Numen offensus, humili pœnitentia delictum eluendo, ad cœlum evolare. Academicus exprimit symbolo avem manucodiatam pingendo, hâc inscriptione: Sine pondere sursum. Hæc avis vix quidquam carnis habet, siccis nonnisi plumis circumdata, undè exortica agilitate ad cœlum levatur. Paupertatem, pennas, dicit Bernardus, quibus mediis ad Deum mens nostra erigitur, ad cœlestia ac firmum evolat: magna quadam penna est paupertatis, inquit Bernardus.

CONCEPTUS III.

Quàm perversus fuerit Paulus, quàm truculentus hostis Christi, & Christiani nominis, patet Actuum cap. 9. *Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, accessit ad Principem Sacerdotum, & petiit ab eo epistolas in Damascum, ad Synagogas, ut si quos invenisset hujus via viros, ac mulieres, cunctos perduceret in Jerusalem. Hic magnus Christi adversarius, factus est JESU intimus amicus, Christianorum propugnator, eorum defensor: Expugnabat Judæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. Quid è lupo rapiente, fecit agnum*

agnum mansuetum, ex hoste, amicum, ex oppugnatore, defen-
 sorem? fecit paupertas, cœcitate percussus est; *apertis oculis ni-*
hil videbat: cœcus homo; pauper homo, dicit proverbium, ita
 pauper & cœcus corrigitur Saulus, humilis, & obediens inclamat:
Domine quid me vis facere? desuper exclamat S. Bernardus in al-
 legoriis Tilm. *Apertis oculis nihil videbat; ô felix cœcitas, quâ*
male quondam illuminati in prævaricatione, tandem in conver-
sione salubriter oculi excœcantur. Paupertatis bonum exprimit
 Joannes Ferrus, cervi emblemate, qui rejectis cornibus epigra-
 phen præfert: *Projectis agrior.* Audiatur Seneca ep. 7. *Pauper-*
tas expedita est, secura est, si vis vacare animo, aut pauper sis
oportet, aut pauperi similis, projice omnia ista si sapias, imò, ut sa-
pias, & ad bonam mentem magno cursu, ac totis viribus tende.

CONCEPTUS IV.

Cis, parentis Saulis, deperditæ sunt asinæ: parens ablegat
 filium Saulum, errantia quæreret, & investigaret animalia; *Tolle*
tecum unum de pueris, & consurgens vade, & quare asinas.
 1. Reg. cap. 9. Per aliquot dies in montibus, ac desertis vagatur
 Saulus, pecoribus minimè inventis; adeunt tandem Videntem,
 Prophetam Samuelem: interrogo hîc, quare non statim, ac om-
 nium primò Prophetam adiverunt, ac rogârunt, perditas indica-
 ret asinas, quo duce, ac ductore tandem, ad Samuelem, ad Vi-
 dentem, ac amicum Dei, Saul cum puero deducuntur? respon-
 deo: Duce & comite paupertate, inopiâ, ac indigentia: *Panis de-*
fecit in stercis nostris, & sportulam non habemus: Ecce in-
 digentia, paupertas deduxit ad Prophetam, imò direxit ad Re-
 gnum, & ad Imperium: Ita glossa moralis in citatum librum, &
 caput: *Dominus revelaverat auriculam ante unam diem, quàm*
veniret Saul, aptitudinem ipsius Saulis ad regnandum. Pauper-
 tas, & indigentia, ad Divinum, antea terrenis totum immersum
 Saulum compulit; Paupertas antea ineptum, ad coronam, & sce-
 ptrum aptissimum effecit: ovorum duo statuit Academicus in va-
 se vitreo aquâ pleno, unum ovum, quia plenum in fundum de-
 mergi-

Pars II.

(Ss)

mergi-

mergitur, alterum ovum, quia vacuum, natat superius: vacuo ovo inscribitur Lemma: *Surgit inane*. Sic si divitiæ mergunt, paupertas sursum elevat, ad Videntem, ad Deum adducit, ad coronam vitæ æternæ elevat. Optimè S. Chrysostomus apud Beyerlinck tom. 6. fol. 112. *Paupertas est tutum asylum, portus tranquillus, perpetua securitas, delicia periculorum expertes, voluptas sincera, vita turbationum nescia, vita fluctuum ignara.*

CONCEPTUS V.

Jacob in Mesopotamiam tendens mirabilem habuit visionem: *Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scale, dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham Patris tui.* Genes. 28. Cur rectè in itinere versus Mesopotamiam Jacob hæc visione dignatur, & non etiam in domo paterna habitans tali gratiâ, & consolatione felicitatur? Notandum venit: In domo paternâ degens Jacob nullâ re egebat, sed abundabat in omnibus: itinerans verò in Mesopotamiam, derelictus à Parentibus, persecutus à fratre, inops & pauper, mendico similis, in nuda humo, super duros lapides, incognatus, famens, & sitiens, pernoctare cogitur; pauperi sic, ac summè indigenti, favor divinus monstratur, cælum patet apertum, Angeli in obsequium descendunt, Deus ipse innixus, ac inclinatus, gratias promittit: discamus hinc: Paupertas referat cæli januas, Dei favores, Angelorum solatium promptum habet. Ita concludit Rupertus Abbas lib. 7. in Genes. c. 21. *Quicumque depositis sæculi omnibus, nudi, & expediti ad destinatum tendunt bravium, illis porta cæli aperitur, & ascendenti bus scala hæc erigitur.* Felicem pauperem obumbrat Academicus scaphâ omnimodè vacuâ in oceano denatante, hæc inscriptione adjecta: *Tutior quâ levior:* Navi Job comparat vitam humanam: *Dies non velociores fuerunt cursore, pertransierunt quasi naves poma portantes.* c. 9. Pauper in hac vitâ, qui fuerit vacuus à superbiis mundi opibus, quo sic *levior*, eò *tutior*, de favoribus ac gratiâ divinis

divinis, eo securior, quia portum & ternitatis felicitis prosperè attinget, ad sempiterna solatia adveniet: ita Apulejus orat. Apolog. *Cupio me ad pauciora coëtere, tantò futurus beator, quò pauperior.*

CONCEPTUS VI.

S. Bernardinus Serm. de pauperibus art. 3. cap. 3. observat: Pauperibus Deum actu, & de præsentí beatitudinem promittere, cæteris virtuosis, ut mitibus, castis, pacificis, patientibus solum de futuro, præmium, & bravium determinare: sic Matth. c. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Est, dicit, non erit, de præsentí, non de futuro loquitur: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* &c. Ecce de futuro dicit: cur quæso rectè pauperibus, Deus præmium, & bravium de præsentí, & actu tribuit? *Claves regni cælorum non tam promissivè, sed possessivè conceduntur;* inquit S. Bernardinus, cur hoc? Respondeo: Deus nullum opus vel creaturam sine loco fecit, divina providentia, cuius creaturæ, & certum locum, & spacium assignavit, sic stellis cælum, avibus aërem, piscibus aquam, quadrupedibus prata, agros, & sylvas, hominibus univerfam terram distribuit; pauper nihil in terrâ possidet, ergò Deus eum super omnia creata elevat, cælum, ac æternam beatitudinem, ut locum proprium, jam in præsentí, & actu distribuit; *Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Audiatur S. Bernardinus: *Quia prudentissimus Creator, & gubernator, nullam creaturam sine loco fecit, cum paupertas locum in mundo non habeat, idè ei & nunc possessivè calicis sedes dedit.* Rectissimè Academicus Paupertatem conchæ marinæ comparat: conchilium tamen exterius horridum & asperum, intus tamen pretiosam gemmâ portat: Lemma sit: *Thesaurò grävità;* sic paupertas exteriore vultu est horrida, & aspera, interius tamen *thesaurò grävità,* maximi pretii thesauros reconditos habet divinarum gratiarum, & consolationum. Sic S. Ambrosius in Apolog. c. 11. *Bona paupertas, quæ si thesaurum non habet pecunia, habet sa-*

(Ss) 2

men

men thesauros sapientia, & scientia; addo ego, gratia DEI,
& gloriae.

Epilogus.

Consolor ergo omnes pauperes cum S. Francisco Seraphico
opul. 8. cap. 6. *Hec est illa celsitudo altissima paupertatis, que
vos fratres meos charissimos, heredes, & reges caelorum inflant;*
*pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit; hac sit portio vestra,
que ducit in terram viventium. Concludo cum S. Lauren-
tio Justiniano de ligno vitae c. 3. Sicut Pueros Babylonicos non
incendit ignis, sed dissolvit eorum vincula, sic eorum, qui in ca-
mino paupertatis gratias agunt, solvuntur vincula peccatorum,
& incenduntur cuncta, juxta illud Isaia cap. 48. Elege-
te in camino paupertatis.*

Amen.





IN FESTO OMNIUM
SANCTORUM.

CONCIO TERTIA.

Beati qui lugent. Matth. cap. 5.

Textus.

Lugere, & lachrymari, ob Deum offensum
beatificat. Thema.

Ris super nubem roridam apparens, indubium cœli
serenioris prognosticon affert: unde Lemma: *Unda
serenat*: Ita è lachrymarum imbre, ac luctu super
Deum offensum, tranquillam conscientiam, & æter-
nam beatitudinem sibi quisque polliceri potest.

Christi testimonium patet: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi con-* Textus Sacre
solabuntur. Matth. cap. 5. *Beati, qui nunc fletis, quia ridebi-* Scriptura.
ris. Luca cap. 6. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione*
metent. Psalmo 125. *Et iterum Psalmo 183. Ascensiones in*
corde disposuit, in valle lachrymarum. Audiamus Patres: *O la-* Patres.
chryma mentem purgans, intentionem fecundans, confessionem
irrigans, animam sanctificans. Hac est lachryma sancta, com-
punctionis soror, quæ motus illicitos exstinguit, Paradisum aperit, S. Augustin.
infernum claudit &c. ita scribit S. Augustinus ad fratres in
cremo. *Dum commissa attentius lugemus, in justitia splendore* S. Gregorius
membra deauramus: inquit S. Gregorius Papa. O felix dilu-
vium, o felices lachrymæ, quæ animum dolentem levant, & S. Gregorius
peccatorem imo tartaro infixum sublevant in sublime. verba sunt Nazianzen.
S. Greg. Nazianz. orat. 3. *Sine ullo intervallo conjunguntur, &*
lachrymæ peccatricis, & misericordia Salvatoris; o felices lachry-
ma.

(Ss) 3

ma.

- S. Thomas à Villa Nova.* *ma peccatricis, felices singultus, quibus perpetuos illos vitium gemitus & dolores, suspirat S. Thomas à Villa Nova Serm. 1. de Judic. Si ingemueris ad Deum, solvisti repente sententiam, veniamque consecutus es, idcirco multa de luctu nobis loquitur Christus, beati cando lugentes. perorat os aureum Chryso-
S. Chryso-
mus. mi hom. 6. in Matth. Potum cum fletu miscobat, ut vespertinis lachrymis, maxima sibi redemptionis letitiam acquireret.*
- S. Ambrosius.* *unde igitur plurimum gaudere meruit, nisi quia plurimum sivit, & tanquam lachrymarum suarum pretio sibi gloriam comparavit. de Davide scribit S. Ambrosius lib. de viduis. Eleganter prædicat S. Petrus Damianus opusc. 13. cap. 14. Max
S. Petrus
Damianus. ut lachryma ex munere intimi inspectoris eruperint, protinus anima revirescit, torporis ignavi frigore solvitur, & tanquam arbor verna austri fomite recalescens, rediivo virtutum flore, vestitur. Conformiter S. Gregorius in. Psalm. 1. poenit. Sicut
S. Gregorius hortus recepta suavi pluvia evidenter germinat, ita caro lachrymarum fluentis rigata, bonorum operum, & justitia germen emittit. Concludo exordium cum S. Basilio hom. 7. in
S. Basilius. Psalm. 29. Ad vespertum demorabitur fletus, & ad matutinam letitia; quicumque dies seculi hujus in consummatione jam existens, & ad occasum jam tendentis in plorandis peccatis exierit, sic demum verò illo matutino, beatitudine inquam, adventu, gaudebit. Imploratâ S. Spiritus gratiâ, desuper Conceptus proponam.*

CONCEPTUS I.

Confirmatio. Summo mane tristis Magdalena venit ad monumentum defuncto corpori, sui charissimi Domini, debitum exhibere honorem; contrito corde uberes profudit lachrymas: cui adstantes inquit Angeli: *Mulier quid ploras?* Joan. 20. Respondet illa: *Quia tulerunt Dominum meum, & nescio, ubi posuerint eum.* His dictis dum anxia circumspicit; ecce post se videt stantem

tem dulcissimum JESUM. *Hac dum dixisset, conversa est retrorsum, & vidit JESUM stantem.* Cur quæso JESUS, Magdalena se rectè tunc præsentem, & viventem stitit, & videndum præbuit? audistis luxisse tristem, è contrito corde fudisse lachrymas, & singultus, ac gemitus dolentes edidisse, & quem Magdalena amissum credidit, amaro luctu ingemuit, præsentem invenit; sic contritè lugentem, Deus inconstatam non reliquit, ocyus videndum se præbuit. Discamus hinc beati qui lugent, luctu & lachrymis ob Deum per peccata amissum, & perditum profusus, Deus, & gratia ejus denuò recuperatur, invenitur, acquiritur; gratiam, quam peccatis abegimus, luctu, & contritis singultibus, renovamus, & revocamus. Docent Naturalistæ Nymphæam in aquis tantummodò florescere; Raulinus epigramphen cepit: *Florescit in undis.* Ita sanè anima nostra serenitatem & virorem nullibi præstantiorem induit, nisi inter lachrymas, luctum, & singultum è pietate scaturientem. Doctissimè Ildiota: tractatu de 8. Beatitudinibus cap. 4. *Post lachrymarum pluvias serenitas sequitur, atquè tranquillitas;* & S. Damianus opusc. 13. cap. 12. habet: *Mox ut lachryma eruperint, protinus anima reviviscit, & redivivo virtutum suarum flore vestitur.* Ergo: *Beati qui lugent.*

CONCEPTUS II.

Filius prodigus revertitur ad lares paternos, in atrio egressum Patris expectat, progredienti genitori ad pedes, provolvitur, supplex perorat: *Pater peccavi in calum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.* Lucæ 15. Advertite prodigum non dixisse, se non esse dignum fieri denuò filium, denuò in gratiam recipi; sed solum dicit: se non esse dignum *vocari* filium, iterum, *fieri* filium, recuperare amissam gratiam superest remedium, & quale hoc? contritus luctus, ac lachrymæ de Deo patre optimo offenso. Optimè S. Chrysologus Serm. 2. *Penitudo genitorem loquitur, peccavi in calum, & coram te.* Dum loget amissum, jam possidet instauratum, peccatum divinum partem abstulerat, sed luctus, & lachryma genitorem iterum re-

conci-

conciliavit, singultibus obrutus, ac lugens filius, dum filium se negat, heredem se iteratò confirmat, piæ lachrymæ, luctus contritus, quod dolet amissum, jam possidet instauratum, pium luctum, sequitur ad calcem divina consolatio. Academicus nolite symbolum profert Aquilam, hæc de senio turpis, dum aquæ immergitur, iterum juvenescit, & renovatur: lemma inscribit: *Renovatur abluta*. Eadem planè ratione peccator, luctus, ac lachrymarum aquis tinctus & ablutus, mox abjectâ veteris culpæ senectâ, & turpitudine, innocuam juventutem induit, in gratiam redit, fit denuò filius, & hæres Dei: unde S. Gregorius Nazianz. Serm. II. luctum ac lachrymas piæ, atquè contritas: *Peccati diluivium*. S. Augustinus Serm. de pass. Domini: *Passio Christi vicariam*, vocat: Petrus Cellens. lib. de panibus: cap. 12. concludit: *Luctus pius, aut lachryma, aut Paradisum invenit, aut Paradisum facit; lachrymarum profluentium cursus de morte fluens, & diabolica virtutis semina, & omnes sordentes vitiorum pestes eliminat*. Docet Petrus Damianus opusc. 13. cap. 12.

CONCEPTUS III.

S. Joannes in sua Apocalypsi fatetur: *Vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem*. cap. 5. Tantæ visionis, quale Joannes habet meritum? dicit meritum: *Ego flebam multum*. Oculus ante hunc non spectabat thronum, post lachrymas vidit Agnum: quasi ad cœlestia intuenta, pio luctu, & contritis lachrymis, vivaci reddatur aspectus mentis, & acutior mentis obtutus. Ad propositum nostrum cygnum statuo: cygnus inter labentes cuiusdam undæ aquas depictus, epigraphen fert: *His guttis purior*. Sic luctus piæ lachrymæ emendant mentem, & ad visionem Agni cœlestis qualificatum reddunt hominem: *His guttis purior*. Præclare Petrus Damianus: opusc. 13. cap. 12. *Lachrymarum mator, animam ab omni labe purificat*. Beati qui lugent.

CONCEPTUS IV.

Fugiens David à facie Absolon luctum instituit: *Omnes flebant voce magna* 2. Regum cap. 15. de super Abulensis; totus populus, qui erat cum David, *flebat, sicut videbat flere David.* Contra hostium incurfus, contra capitalem inimicum, arma sunt capienda, miles conscribendus est, & in castra inducendus: persequeris mi David, aggredieris à filio, ut hoste, ut inimico? arma cape, militem oppone: at David non castra format, sed luctum celebrat: cur luctum? Novit David sibi excisasse criminibus adueterii, & homicidii, luctuosam hanc calamitatem, ergo ut depellat arumnam, hostem vincat, regnum in quietem pristinam relinuat, luctum, & planctum adornat. Sic Abulensis citatur. *In se tamen David flebat, ut Deus misereatur ejus.* Luctus consolatur Regno, & corona; luctus contritus, est interni inquinamenti depulsor, felicitatis conciliator; studiosius curavit David, quam militum copias Absoloni, opponere crimini contritas lachrymas, at qui bene noverat pro luctu, ac fletu, Dei indignationem sopiri, & hostem iniquissimum exarmari. Fuit qui viti lachrymanti inscriberet: *Vertetur in gaudium*, mens emblematis est: luctum ac lachrymas è poenitentium cordibus, ac oculis perfulos, in amoenissimam solatii vindemiam desinere. Audiatur S. Ambrosius lib. de viduis Davidem introducentem: *Potum suum cum fletu miscebat: ut vespertinis lachrymis mutuata sibi letitiam redemptionis acquireret; unde igitur plurimum gaudere meruit, nisi quia plurimum fleuit; & tanquam lachrymarum pretio, futura sibi gloria gratiam comparavit.*

CONCEPTUS V.

Abraham Genes. cap. 15. sacrificare iubetur: *Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.* Qui tollens universa hæc divisit ea per medium, & utriusque partes contra se altrinsecus posuit, aves autem non divisit. Cur alia animalia ferientem sustinent cultrum, turturi & columbæ parciunt, ferrum non attingit? nonne expeditius erat, volucres,

Pars II.

(Tt)


exar-

exarmatas aviculas dilaniare, quam animalia fortiora impetere? nonne facilius erat turturem dividere, quam vaccam, vel arietem dissecare? cur ergo columba, turturque cultri aciem evadit? Hugo Cardin. in hunc locum, per animalia fortia, per vaccam, capram, arietem peccata & scelera intelligit: *Per vaccam, qua agros habitat, Avaros, per arietem, duces gregis superbos, per capram fetidam luxuriosos; per turturem, et columbam, pie contritos, lugentes, intelligit; utraque gemitum habet pro cantu.* Sentit cultri aciem vacca, Avarus, saepe animi fortitiam contrahit, & vitam perdit: Aries ferro dividitur, & superbus, dum ambit ceteris, anteire, vulneribus solet confici, ac confodisperiit jugulo capra; & luxoriosus voluptati blanditus, salutem perdit. Turtur & columba evadunt ictum, contrite cum turture gemens ac lugens, gemitibus de DEO bono offensus genas irrorans, asperos evadit casus, & quam alii ferunt poenam, ignem patiuntur, lachrymis, delet inscriptam mactam, sopit & extinguit cruciantem flammam. Academicus guttulis de caelo defluis inscribit lemma: *Exstinguere suavitatem DEI extinguitur, vim habent lugentium contrita lachrymarum defluentes guttae.* Optime S. Hieronymus in Epist. *O lachryma humilis, tua est potentia, tum regnum, tribunal judicis non vereris, tuorum accusatoribus silentium imponis.* Beati ergo qui lugent.

Epitologus.

S. Chrysologus Serm. 93. inquit: *Deus delinquentium gemitus esurit, sicut lachrymas peccatorum.* Ergo mi Christiane Deum ciba, Deum pota, super peccata ingemisce, plora, ac lectum fove. *O Domine JESU!* precor cum S. Augustino lib. mendit. cap. 36. *Da mihi irriguum lachrymarum fontem jugiter manantem, ut ipse quoque lachryma tuum in me testentur amorem, ipse prodant, ipse loquantur quantum te diligit anima mea.*

Amen.



IN FESTO SANCTI MARTINI.

CONCIO PRIMA.

Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Lucae II. Textus.
Intentio bona, est operum forma, & re- Thema.
ctitudo.



Qua, recta fluit, modo canalis, vel alveus, per quem Exordium.
 ducitur, rectus fuerit, *Recta à recto*, inscribit Aca-
 demicus: Hominibus dictum est: *ut aquae dilabimur.*
 2. Regum 14. Operationes, & opera hominum re-
 cta, meritoria, multum valentia erunt, si canalis, id
 est, ductus rationis, intentio recta, bona, ac iusta fuerit; audia-
 mus Scripturam: *Omni studio custodi cor tuum,* (intentionem Textus Sacrae
 inquam) *ex ipso vita procedit.* Prov. cap. 4. *Omnis gloria filiae* Scripturae.
Regis ab intus: ab intentione inquam, canit David Psalmo 44.
Cum quaesieris Dominum Deum tuum, invenies eum, si tamen to-
to corde quaesieris. in Deuteronomio cap. 4. Praclare Sancti SS. Patres.
 Patres: *Intentio est, qua facimus quicquid facimus, qua si mun-*
da fuerit, & recta, & illud aspiciens, quod aspiciendum est, om-
nia opera nostra, qua secundum eam operamur, necesse est bona S. Augustin.
sint. docet S. Augustinus Serm. Domini in monte lib. 2. cap.
 12. & iterum tractatu in Matth. 6. Si lumen, quod in te est &c.
Quod non bona intentione facis, non tibi proderit, quia quomo-
do fecerit, non quomodo illud evenerit, tibi reputabitur. Possu-
mus esse voluntate pares, qui facultate sumus impares, multum
dedit Zachaeus, qui dives erat, & multum habebat; vidua illa,
 (T) 2 qua

- Hugo Villo-
rinus. *qua duo minuta immisit, parum habuit, tamen tantum dedit, quantum Zachaeus, minores facultates ferebat, sed parem voluntatem habebat, si attendas qua dederunt, diversa invenies, unde dederunt, paria invenies. Ita Hugo Victorinus lib. 2. de sacram. c. 6. Uberior est numerus è parvo, quam thesaurum è maximo, quia non quantum datur, sed quantum resideat expenditur; non ergò quod fastidio expuas, sed quantum devotione conferas, estimandum est. docet S. Thomas lib. de viduitate.*
- S. Thomas
Aquinas. *Appositè Venerabilis Beda in Marci 12. Non substantiam offerentium, sed conscientiam pensat, nec perpendit, quantum in ejus sacrificio, sed ex quanto proferatur. Conformiter Victor Antiochenus in Marci 12. Neque enim DEUS tam numeros magnitudinem considerat, quam animi alacritatem, & magnitudinem ponderat. Hinc S. Ignatius Lojola regist. 17. summat. constitutionum, hoc documenti tradit: Omnes rectos habere intentionem studeant, non solum circa vita sua statum, verum etiam circa res omnes particulares. Et S. Laurentius Justiniani tractatu de Regim. Prælat. cap. 22. In cunctis operibus, quicunque animi salutem exoptat, intentionis sua componat tutum, & ad illum, quem divina lex mandat, dirigat finem, ut non casso labore desudet. Intentio imponit speciem operationi. tradit Dionysius Carthus. Serm. quomodo Sacramentum Altaris sit suscipiendum. Omne, quod datur Deo, ex dantis merite pensatur. scribit S. Gregorius lib. 21. moralium c. 8. & iterum hom. 5. in Evang. Cor, & non substantiam pensat, nec perpendit quantum ejus sacrificium, sed ex quanto proferatur. Et iterum lib. 28. moral. c. 6. Lucerna itaque corporis est oculus, quia per bonæ intentionis radium merita illustrantur actione.*
- Victor An-
tiochenus. *Operations nostra commendantur affectu. inquit S. Ambrosius lib. 1. de Jacob, & vita beata cap. 8. & in moralibus habet. Sicut fabrica columnis, columnæ autem basi innituntur, ita opera nostra in virtutibus, virtutes autem in intentione intimè subsistent.*
- S. Ignatius
Lojola. *Justitiamus.*
- Dionysius
Carthus.
- S. Gregorius
Papa.
- S. Ambrosius

Optimè S. Bernardus de internâ domo cap. 8. *Totum meritum est in voluntate, quantumvis tantum mereris; fac ergo magnam voluntatem, si vis habere magnum meritum.* Et iterum in sententiis: *Sicut decor corporis in facie, sic decor totius operationis anima consistit in intentione.* Oblata Deo non pretio, sed affectu pensantur. inquit Salvianus in Ecclesiâ. Concludo cum Divo Hieronymo epistola 14. ad Celantiam: *Nescit religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed animos inspicit singulorum.* Omnia vilia cum charitate facta, *fiunt aurea.* docet S. Anselmus in cap. 13. ep. 1. ad Corinth. invocata S. Spiritus gratiâ, desuper Conceptus placeat audire.

S. Bernardus

Salviana.

S. Hieronym.

S. Anselmus.

CONCEPTUS I.

Deus sapientissimus & providissimus, qui omnia in sapientia fecit, nihilque sine mysterio operatus est, in creatione mundi omnium primò, & ante alias creaturas fecit lucem: *Dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem, quod esset bona, & divisit lucem à tenebris, appellavitque lucem diem.* &c. Cur omnium primò Deus creavit lucem? Lux cæteris operibus creatis tribuit complementum, & venustatem, lux monstrat colorum elegantiam, rerum precium & valorem, mediâ luce fructus congregantur, labores rectè & utiliter perficiuntur: Lucem ergo sapientia divina fecit omnium primò, ante alias creaturas, quasi lux reliquarum creaturarum, ad esse, & valorem suum, antesignana esset, dux, & operatrix. Quod lux di ei, & cæteris terræ creaturis prodest, tantum prodest, & tribuit utilitatis animi operibus, Intentio bona, voluntas bona; quod lux terræ tribuit incrementi, hoc commodi præstat nostris operibus intentio: audiatur Laurentius Justinianus de discip. morali cap. 24. col. 3. *Sicut auri exigua massa magnum superexcedit cumulum vilis cujusque metalli, ita pauca opera perfecta, cum incendio pura charitatis, in conspectu conditoris magis fulgent, & gratiora sunt, quam multorum exercitia laborum prodeuntia ex radice negligentia, & de fonte intentionis incultæ.* Uti ergo

Confirmatio.

(Tt) 3

ante

ante omnem creaturam Deus lucem creavit, & praeiit, sic omnibus operibus, bona intentio, lux mentis praeiitenda est, ut nostra opera sint Deo placita, nobisque meritoria.

CONCEPTUS II.

Ipsemet Christus Lucæ II. intentionem bonam comparat. Oculo: *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Desuper S. Gregorius, & Lyranus: *Quid ergo per oculum exprimitur, nisi opus suum praeveniens cordis intentio, qua priusquam se in actum exercent, iam hoc, quod appetit, contemplatur, quasi intuentem oculum sequitur.* Ita S. Gregorius lib. 28. moral. cap. 6. Sed cur intentio bona comparatur oculo? Respondet S. Paschasius lib. 4. in Matth. *Quia sicut oculis istis carnalibus omnia corporis membra ordinatè ad operationem diriguntur, ita intentione mentis, & luce fidei, cuncta virtutum genera, ut lucidum corpus perficiant, illustrantur:* Uti oculo instrumento, bene & aptè & proficue quis laborat, ad utilitatem temporalem utiliter operatur; ita bona intentione praeiitente, optima fiunt opera ad salutem aeternam; ita Lyranus in Lucam. *Si oculus tuus simplex fuerit, id est, intentio tua recta, sine plica falsa simulationis, totum corpus tuum, id est, congeries operationum tuarum lucidum erit, id est, meritorium vitae aeternae.*

CONCEPTUS III.

Ad Jobum inquit Deus cap. 38. *Ebi eras quando ponebas fundamenta terra? quis posuit mensuras ejus, si nosti? Super quas bases illius solidatae sunt?* S. Pontifex Gregorius acutè observat. Deum Jobum non interrogare, quis basibus innitatur, quæ moles quale aedificium; sed quærere Deum super quid ipsæ bases, ut solidæ stent, aedificatae sint, num super saxa, aut Petram; indicando: Si bases solidæ sunt, si firmæ, aedificium pariter solidum, ac firmum fore: ita interrogando Jobum, quasi una simul horat, basim aedificii spiritualis, & animæ, fixum, ac firmum Job fabricet.

cet, certus sic basi spirituali firma, omne super ædificatum, firmum, stabile, & utile, ac meritorium futurum. Audiamus verba S. Pontificis: lib. 28. moral. cap. 13. *Non pensandum est bases quid sustinent, sed ubi sustentur, quia profectò humana corda divinitus perscrutantur, non solum quæ faciunt, sed etiam quid in operibus quarunt.* Ex quibus verbis S. Gregorii utiquè intelligimus, quid sit ædificii spiritualis, animæ operationum, ut meritoria sint, basis, ac fundamentum; nempe bona intentio; bonæ intentioni, ut basi, si opera nostra superinstructa fuerint, erunt valida, ac meritoria vitæ æternæ: super quid basis fundata sit Deus Job interrogat, non quid in ipsis basibus fundatum, ut significet, se non tam pensare opera virtutum, quæ agimus, quam animi consilium, quo illa perpetramus, ut intentionis diligentissimam rationem habendam esse discamus, illa nempe est, quæ opera nostra, ut bona sint, ac meritoria, animat, & vivificat. *Sicut fabrica columnis, columna autem basi innituntur, ita vita nostra virtutibus, virtutes autem in intentione intima subsistunt, quisquis enim in DEI opere recta intentione firmatur, columna in structura fabrica spiritualis erigitur, ut in hoc templo, quod est Ecclesia, positus & utilitati sit & decori.* Concludit S. Gregorius.

CONCEPTUS IV.

Omnis adeps Domini erit jure perpetuo, in generationibus, & cunctis habitaculis vestris, nec sanguinem, nec adipem omnino comedetis. Præcipit Deus Levitici cap. 27. sanguis victimarum offerendarum olim ante altare profundi debebat, adepsque earum honori, & cultui divino consecrari: quod adeps consecratur, & Deo offeratur justum cenfeo, optima enim, & præstantissima Deo debentur; sed quod unà penes sanguis profundi debebat, mirum videtur: quid mysterii in eo latet, quod penes sacrificium, & adipem, ut Deo hoc sacrificium gratum foret, sanguis profundi debuerit? mysterium explicat Cyrillus Alexandrinus in Leviti; Intelligens per adipem, operationem quamlibet

libet honestam; per sanguinem verò, Intentionem bonam, quasi intentio præmissa, ac ex corde profusa, operationi nostræ honesta, bonitatem, valorem, ac meritum tribuat. Audiatur Sanctus: *Sanguis sedes animi, qui sanguinem, is & animum adiungit, voluit ergo Deus in omni sacrificio voluntatem, cor, intentionem, velut sanguinem effundi coram se, nec guttula in alius usus reservata.*

CONCEPTUS V.

Fatetur sponsus animarum nostrarum Deus, cantic. cap. 4. de anima dilecta: *Vulnerasti, (ex textu Hebraico legitur) Rapuisti cor meum soror mea sponsa in uno crine colli tui.* Vicissim sponsa causam indicat, cur dilectus ejus sit valoris maximi, *electus ex millibus*: nimirum: *Caput ejus aurum optimum.* Crines sponsæ rapuerunt dilectum, & in vota sponsæ placidè traxerunt; crines vulnerarunt, sauciârunt cor dilecti, ut totum quantus, in dona & gratias sit profusus. Vicissim caput sponsæ, tam preciosum valentem, placidum, candidum & rubicundum, è millibus dilectum, & electum fecit. Quid per crines sponsæ, & quid per caput sponsi intelligendum est? de crine Respondet Richardus à S. Victore part. 3. cap. 28. in Cantic. *Crinis colli, est unica cogitatio, & præcipuè intentio, quâ laborat.* Intentio bona, dilectam facit animam operantem, bona intentio trahit Deum in vota ac desideria, facit opera numini accepta, & grata, nobis meritoria: audiatur S. Bonav. in cap. 11. Lucæ. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in uno crine colli tui, id est, in unitate, & simplicitate intentionis rectæ, quâ sola Deo placet, & quia tales quidquid faciunt, ex charitate faciunt, id totum rectum est, & bonum, & lucidum; secundum illud: ut filii lucis ambulate, fructus enim lucis est in omni bonitate, & justitiâ, & veritate.* De capite Sponsi inquit S. Bonaventura mox citatus: *Caput enim designat intentionem, quia ut caput est principium corporis, ita intentio est principium operis.*

operis. Desuper S. Bernardus in sententiis: *Sicut decor corporis in facie, ita decor totius operationis anima consistit in intentione, juxta illud Psalmi 44. Omnis gloria filii Regis ab intus.* Ergo intentio bona in operando trahit, & trahit in vota nostra animarum sponsum, intentio bona operum facit opus nostrum, animam dilectam Deo, & electam efficit.

CONCEPTUS VI.

Præmittit æterna veritas Lucae cap. 12. de Sancto Spiritu: *Ille vos docebit omnia:* S. Spiritus voluntas est; filius verò sapientia; sapientia munus est, docere, voluntatis verò munus non est docere, sed amare, & diligere: quomodo ergo Sanctus Spiritus, qui voluntas est, promittitur docere? docere, est rectitudinem rei, ac operi tribuere, Spiritus Sanctus ergo, qui voluntas est, promittitur docere: *Ille vos docebit omnia:* Noscamus inde: bona intentio, & voluntas, dat operibus nostris formam, & rectitudinem, ac valorem. Bona intentio recto tramite, ad bonum finem tendit, & manuducit. *Per bona intentionis radium enim merita illustrantur actionis.* Subscribit S. Gregorius lib. 28. moral. cap. 16.

CONCEPTUS VII.

Magdalena venit ad sepulchrum quærere JESUM, in sepulchrum inspiciens, cum sacratissimum corpus non inveniret, anxia circumspiciens obviam sibi hortulanum videt: ad quem audacter inquit, *tu sustulisti eum.* Joan. 20. O Magdalena! acu te tigisti, non errasti, non frustraris, voto potiris, JESUM, quem quæraris, invenisti; ipse est, qui divinitatis ope corpus suum sustulit e sepulchro, ac vivum præsentavit: audiatur S. Maximus hom. 3. *Rectè interrogat, si tu sustulisti eum, ipse enim tulit corpus suum, qui suscitavit, ipse tulit corpus, qui illud jaceus & dormiens, sua operatione collegit.* Quis manuductorem, & doctores nominabit, quo ducente, docente tam feliciter votis suis Magdalena

Pars II.

(U u)

dalena

dalena potitur? fructum suavissimum, JESUM dilectum suum obtinet? *Tu sustulisti eum.* Manu ducitricem tam fidam, doctorem tam fidelem nominat citatus Maximus, est quæ simplex & candida intentio; *Sancta ergo & simplex femina, Christum requirebat a Christo, & devotione mentis propheta.* Bona ergo intentio opera nostra facit fructifera, bona intentio indubiè invenit JESUM gratiam, Deique gloriam.

Epilogus.

Hortor ergo cum S. Laurentio Justiniano de disciplina Monasticæ, cap. 69. *Omnes Christi servi Deo placere cupientes, pro mordia dies, & actionum contentur consecrare altissimo, quænam cætera secutura opera, suo non declinent principio: quapropter mox ut somno evigilant, semper cor suum erigere contendunt. Prima vox, prima cogitatio, primus affectus, divinum resonet laudem, ignitam ad Deum dirigat supplicationem.* Addo ego: optimam intentionem.
Amen.



~~IN FESTO SANCTI MARTINI.~~
 IN FESTO SANCTI MARTINI.

CONCIO SECUNDA.

Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, ne- ^{Textus.}
 que sub modio, sed super candelabrum, ut qui in-
 grediuntur, lumen videant. Luca 11.

Bonum exemplum Superiorum illuminat, ^{Themas}
 & trahit ad sequelam.

Primo mobili caeli, Academicus inscripsit verba: ^{Exordium.} *Unum*
trahet omnes. Superior respectu sibi subditorum di-
 ci potest primum mobile. Movetur superior, bene
 operatur, pietatis, timoris Domini, ac virtutum ex-
 emplum demonstrat, movetur subjectus, & ipse pius,
 timoratus vivet, virtutum seriem amplectabitur. Expressit rei
 veritatem eleganti versu Joannes Audenus epigram. 113.

O quanta exemplo generoso in Principe vis est,
Tu vitando vetas, tu faciendo jubes.
Princeps principium motus, Rex regula vitae,
Circumfert caelum sidera, Rex populum.

Sacrae Scripturae testimoniis comprobatur: *Exemplo didici di-* ^{Textus Sacrae}
sciplinam. Proverb. 24. *Vestra amulatio provocabit plurimos.* ^{Scripturae.}
 Paulus ep. 2. ad Corinth. cap. 9. *Audiamus & Patres: Fusti* ^{Patres.}
aspectus, admonitio correctionis est; inquit S. Ambrosius: *super* ^{S. Ambrosius}
beati immaculati: & alibi: Non difficile asimatur, quod jam
 (Uu) 2 *factum*

- factum conspicitur. Pulcherrimus est ordo, & saluberrimus, ut
S. Bernardus onus, quod portandum imponis, tu portes prior, & ex te discas,
 qualiter oporteat aliis moderari. scribit *S. Bernardus* in ep. 72.
- S. Valerianus*. Cito sedet animis, quod docetur exemplis. loquitur *S. Valerianus*
 hom. 17. Illa vox libentius auditorum corda penetrat, quam
S. Gregorius dicentis vita commendat; quia quod loquendo imperat, ostenden-
 do adjuvat, ut fiat, docet *S. Gregorius* part. 2. Pastor. cap. 7.
 Facere recte suos cives Princeps optimus faciendo docet, cum
 sit imperio maximus, exemplo major est. scribit *Vellejus Patre-*
culus lib. 2. Ut facilius sanetis, sani permanere debetis, corri-
S. Augustinus gere arguendo, consolamini alloquendo, exemplum præbete bene
 vivendo. scribit ad superiores *S. Augustinus* Præfat. in Psal. 130.
 Nam veluti Heliotropium ad solis motum, ita populares semper in
 Principum mores verti, atque formari. dictum erat *Alphonsi*
 Regis Arragoniæ, ut de eo *Panormitanus*. Si Episcopus, qui
 lumen promeruerit præesse in corpore, simplicitate est sancta, &
 innocentia decoratus, omnis Ecclesia splendore luminis radiatur.
 prædicat *S. Ambrosius* in cap. 11. Lucæ. Boni Principis vita,
Hegesippus probitatis quedam præscriptio, & per universos vivendi forma
 est. tradit *Hegesippus* lib. 2. de excidio cap. 5. Facta Superiorum
S. Cajetanus non tam invitant, quam cogunt subditos ad imitationem. scri-
 bit *S. Cajetanus* in cap. 2. epistolæ ad Galatas. Domus Episco-
 pi, & conversatio, quasi in speculo posita, magistra est publicæ di-
 scipline. docet *S. Hieronymus* in epistola ad Heliod. Optime
 concludit *Beyrlinck* themate 2. in Festo Natalis Domini.
 Sicut ex sanitate capitis, sanitas derivatur in membra, ex luce
 solis toti mundo communicatur lumen; ita à Principe bonitas in
 populum descendit. Imploratâ *S. Spiritus* gratiâ desuper Con-
 ceptus audiamus.

CONCEPTUS I.

Dilecta in canticis suspirat ad dilectum; *Trabe me post te* ^{Confirmatio.}
curremus in odorem unguentorum tuorum. Ubi advertendum,
 sponfam primò loqui in numero singulari, & de ipsa sola, dein
 in plurali, & de multis aliis: *Curremus in odorem unguentorum tuo-*
rum: Quomodo hæc consequentia verificabitur: modo sponfam
 solam Dominus traxerit; in pietate, amore Domini, cultu virtutum
 instruxerit, in innocentia vitæ deduxerit, quia plures trahentur,
 in Dei timore ac pietate current, ac sequentur? Origenes, 1. ex
 quatuor: per hanc sponfam, & dilectam Dei animam, domus ali-
 cuius superiorem, matronam, matrem familias, magistram, præ-
 positam, intelligit. Optat nunc: faxit Deus, ut ipsa per grati-
 am in bonis operibus, in cursu virtutum firmetur, trahatur in
 Dei amorem, in misericordiam proximi, in pietate religionis; fa-
 miliares ejus, concives, confodales, famulantes, ei adhærentes,
 eandem virtutum viam current, inambulabunt, in amore erga
 Deum & proximum, in cultu religionis, ac virtutum, trahentur,
 sequentur. Audiamus Origenem: *Dum enim ipsa cursura erat,*
suo exemplo current & ejus filia, ac famula, ideo agebat: trabe
me, ut eis formam præberet in omnibus. Præclare S. Bernardus
 Serm. 21. in Cantic. *Non curram ego sola, etsi sola me trahi*
petierim, sed current adolescentula mecum, curremus pariter,
curremus simul, ego odore unguentorum tuorum, illa verò meo
excitata exemplo. Academicus in gruibus volantibus veritatem
 demonstrat: Præcedenti, ac Duci, in volatu, ordinatissimè reli-
 quæ, etsi mille sint, sequentur, nec ad sinistram, nec ad dexte-
 ram, latum unguem declinantes, epigraphen subscribit: *Una tra-*
bit omnes: Sic in civitate, vel domo aliqua evenit: Ducis, ma-
 gistratus bonum exemplum, optimam vivendi normam, justitiæ
 formam, virtutum regulam, sequuntur cives, imitantur Dome-
 stici, ac famulantes: optimè Plinius in Panegyri: *Vita Principis*
cenfura est, ad hanc dirigimur, ad hanc vertimur, non tam im-
perio opus est, quàm exemplo.

CONCEPTUS II.

Suavissimus Salvator noster in domo Zachari divertit, in
 què ea omnem constitutionem contemplatus inquit: *Salus huius
 domui facta est.* Lucæ. 19. Magnus, ac Sanctus Doctor Cajeta-
 nus in huc locum: Per domum Zachari, cui salus facta est, non
 muros & lapides, sed domesticos ac famulantes, intelligendos es-
 se docet: *Significatur facta salus non soli Zachæo, sed famulis
 ejus.* Sed unde desumitur, quia non tam Domino Domus, Za-
 chæo inquam, quàm etiam omnibus suis domesticis salus facta
 sit? advertere libeat: Zachæum se ex corde convertisse: *Stans
 autem Zachæus dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meo-
 rum do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo qua-
 druplum.* Desuper ait benignissimus Salvator, *salus huius domus
 facta est.* Zachæus Dominus & Patronus domus convertitur,
 convertentur & famulantes, ipse maligna opera detestatur, &
 detestabuntur subditi, ipse restituendo vitat lucrum injustum,
 sequentur Dominum suum famulantes: membra enim sequuntur
 caput, & quando Paterfamilias est vir probus, domesticos ejus
 omnes in probis numerare potes. Testimonium adfert Jo-
 hannes cap. 4. Regulus Capharnaïta post miraculosam restitutionem
 filii: *credidit ipse,* conversus est, fidem Christi amplexatus est:
 vix Regulus hic credidit, & cum eo numerosa familia credit,
 mores assumit Sanctos: *Credidit ipse, & domus ejus tota.* Desu-
 per S. Hieronym. *Vide, quanti referat majorum fides boni con-
 juncta moribus, inferiores enim eos facile sequuntur.* Avicula
 dum aurora ad hemisphærium nostrum ingreditur, applaudunt
 eam lætis excipiunt vocibus, unâ incipiente modulari, canunt
 omnes; Academicus subscribit Lemma: *Omnes excitat unus.* Ad
 eundem planè modum: bonus paterfamilias domui suæ, dum ho-
 no exemplo præit, omnium animos, ad obsequia, ad laudes
 divinas animat, sicque *omnes excitat unus.* Mellifluè S. Ber-
 nardus Serm. 2. in resurrect. *sermo vivus & efficax exemplum
 operis est, facile faciens suadibile quod dicitur, dum demonstrat
 suadibile, quod suadetur.* Testis Urias,

CONCEPTUS III.

Urias ex castris ad aulam citatur regiam, fessus, fatigatus die ac noctu perrexit, ut obedientiam citam, obsequia prompta, Regi demonstraret: feliciter relatione suâ Regi depositâ, cum gratiâ & clementi oculo dimittitur Urias: negotio sic ex voto peracto, & suos in urbe visitabit, salutabit amicos, consolabitur charam conjugem, defessa fovebit membra in molli lectulo quiescendo, corpori indulget, delicatiori cibo, & suavi ambrosia recreando: nihil horum Urias tentavit, nec verbo salutavit amicos, nec oculo conspexit conjugem, nec ad horam propriam ingreditur domum, minus corpori indulget, aut deliciis, sed inter gregarios milites in atrio, super duram humum cubans, vigilat, anxius, & sollicitus, curis intentus subsistit: cur tam austerus est sibi, non voluptates, sed negotia cogitat? causalis est bonum Generalis, ac Ducis militiae, Superioris castrorum, exemplum; audiamus Scripturam 2. Regum cap. 11. *Dominus meus Joab, & servi Domini mei super faciem terra manent, & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea, per salutem tuam, & per salutem anima mea non faciam rem hanc.* Desuper Abulensis: quast. 13. *Volebat Urias semper esse sicut in bello, quousque finiretur, ut non videretur ipse differre à manentibus in bello.* Expressit exempli boni fortem vim Academicus pingendo cervum per avia & devia hinnulos suos deducentem, inscribendo: *Exempla trahunt.* Sic praepositus, superior, id ipsum facile persuadebit, quod praevio suo exemplo comprobaverit. *Qui facit, esse tacuerit, aliquos corrigit suo exemplo.* Inquit Author imperfecti operis homin. in Matth.

CONCEPTUS IV.

Christus officium pastoris ovium enarrans, inquit: Pastorem loqui ovibus suis; *Proprias oves vocat nominatim, & edu-*
cis

cit eas. Joann. cap. 10. dein oves suas præcedit: *Ante eas vadit, & oves illum sequuntur.* Clamat pastor, sicque blando sibilu, aut minaci agolo, oves in recta semita ducit, & à florido novivoque gramine providè avertit: rectam approbo Pastoris vocem, sibilum, & clamorem, quo oves ab humidis pascuis abstrahit, ad sanas & siccas herbarum petras deducit: hoc miror, quod in pastore approbetur rectum, quod oves antecedit: *ante eas vadit:* Putâssem, Pastor post oves incedere deberet, ut si quæ à camporum viriditate seducta, declinaret, aut itineris labore subsisteret laffa, declinantem reduceret, subsistentem propelleret: deinde, si ad vocem, ad clamorem, ad sibilum pastoris, quo pastor duxerit, oves alacriter tendunt, gradiuntur, quid opus est anteire? *ante eas vadit:* anteire, idem est quod præcedere, id est, exemplo instruere, edocere: Pastores subditorum sunt superiores, si hi ad bonum hortati fuerint oves suas, sibi subiectos, simul & præjerint optimo exemplo, si nempe illud, ad quod suos hortantur, opere bono confirmaverint, sequentur oves, imitabuntur subditi: superiores illos, quos dirigunt mandato, alacriores faciunt exemplo: Benè Theodahadus 10. Variar. 11. *Rex minor, ad posteriorum currit exemplum.* Academicus intrinsecè symboli loco statuit canem, vestigia Domini legentem, cum Lemmate: *Gressum insequitur herilem:* Ita filius Patris, servus domini, subditus Principis, aut Prælati sui odorifera virtutum vestigia, pede nunquam exerrante premit. Clemens Alexandrinus in cap. 10. Joannis valdè appositè: *Ante eas vadit: quia rectè vivendi exemplum, quasi vestigia pedum ipsorum oculis objiciens, quid faciendum, & fugiendum opere docet, & oves ipsum sequuntur.*

CONCEPTUS V.

Centurioni cohortis Italicæ, quem religiosum, Deumque timentem Scriptura deprædicat: *Religiosus ac timens Deum.* Act. 10. apparet Angelus, jubetque accerferè Petrum, à quo in vera fide informaretur, & abjurata relinquit idolorum plebilitate religionem; paruit Centurio, militiquè domesticos, & militem moratuum.

ratum, nec martiali licentiâ abufum: Vocavit duos domesticos suos, & militem metuentem dominum, ex his, qui illi parebant: quibus cum narrasset omnia, misit illos in Joppen. Notare hic libeat: quod de domesticis duobus Centurionis, nulla prorsus fiat mentio, an virtuosi, probi, ac Deum timentes fuerint; qualis laudatur miles, cum illis ablegatus: cur quæso non etiam hi duo Centurionis domestici, deprædicantur homines metuentes Dominum, homines pii, devoti, & conscientiosi? respondet Lyranus hic: Quod hi duo domestici, sint pii devoti, Deum timentes, non erat opus signatè exprimere, siquidem jam subintelligitur, famulantes Cornelii esse pios, Dominum metuentes, cum Cornelius, Dominus, & Superior illorum, sit vir Religiosus ac timens DEUM. Cum Domini jam retulisset textus facer virtutem, servorum etiam promulgaverat probitatem, consequens enim est, domesticos virtutibus inservire, si Dominum constat virtutibus exornari: audiamus verba Lyrani: De duobus domesticis non exprimitur hic quod essent timentes Dominum, quia supra in principio istius capituli erat expressum, quod Cornelius erat timens Deum. Miles non erat de domesticis, & ob id ejus virtutem videbatur asserere necessarium, de domesticis principis religiosi videbatur superfluum, satis fuit principis virtutem referre, ut facilè conjiceretur domesticos probitati inservire, nam ad domini exemplum, servus componitur, & plebs, mores Procerum imitatur.

CONCEPTUS VI.

David Tribum Judam in partem suam deducendam Legatos misit, qui ad concordiam persuaderent de Tribu Superiores: Rex vero David misit ad Sadoe & Abjathar sacerdotes, dicens: Iaquimini ad majores natu Juda dicens: cur venistis novissimi, ad reducendum Regem in domum suam? Hic observandum venit: David cupit, ut omnes contribules de Tribu Juda se sibi subijciant; si omnes, nullo excepto, cur non etiam omnes & singulos in specie, ac singulatim, vocat, & invitat? cur solum majores

Pars II.

(X x)

jores

jores natu? *Loquimini ad majores natu Juda: Respondet A-*
lenfis quaest. 8. Sufficiebat, ut loquerentur principis illorum. Suf-
ficiebat; ad magnatum enim exempla populus componitur.
Proceres laborat lucrare David, certus: lucratis his, & populam
placide in vota futurum: Ut regulam oportet rectam esse, ut
quam caetera adaequentur, sic merito Principem, ad quem illi
diriguntur. Habet Liptius monit. Politic. cap. 8.

Epilogus.

Hortor ergo cum S. Paulo 1. ad Tim. cap. 4. *Esse exem-*
plum fidelium, in verbo, in conversatione, in charitate,
in fide, in castitate, ut profectus tuus
manifestus sit omnibus.
 Amen.



IN FESTO SANCTI MARTINI.

CONCIO TERTIA.

Vide, ne lumen, quod in te est, tenebrae sint. Textus.
 Lucae cap. 11.

Necessarium, ac utilissimum animabus nostris est quotidianum examen conscientiae. Thema.

NUri lamina, dente lupino extergi solita, epigraphen tenet: *Tergendo niidius*: haud aliter anima nostra, frequenti conscientiae examine abterfa, splendorem nobilissimum sortitur: unde Psalmista hortatur: *Quaeritis in cubilibus vestris, in cordibus vestris compungimini.* Exordium
 Psalmo 4. & Psal. 76. *Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit salvator meus.* inquit Job cap. 13. Textus Sacrae Scripturae.
 Audiamus, de necessitate, & utilitate conscientiae examine hortantes Patres: *Cum saepenumero, ac plurimum peccemus, & quam facillime obliviscamur, opus esset frequentissime, ac singulis horis, nos ipsos exquirere, rimari, ac perscrutari quam diligentissime.* docet S. Dorotheus Serm. 16. S. Dorotheus.
Duorum temporum habendam curam, mane & vesperi; id est, eorum, quae acturi sumus, & eorum, quae gessimus. praescribit S. Hieronymus lib. 3. S. Hieronymus.
 Apolog. adversus Rufinum cap. 10. *Non somnum mollibus admittas oculus, priusquam diurnorum operum ter signacula astimaveris;*

(Xx) 2

maueris;

S. Iobannis.

maveris; qua transi? quid egi? quid opportunum omisi? incipere autem à primo, percese quoque sequentia; & malis quidem commissis increpare, bonis autem delectare. hortatur Joannes S. beus Serm. 3. De S. Ignatio fundatore Societatis JESU scribit Ribadeneira lib. 5. cap. 1. vita: In horas singulas sese cogitabat, & à reliquis in Deum animum avocabat, conscientiam suam discutiebat quàm diligentissimè. Item, de Sancto Xavero testatur Turfelinus lib. 6. cap. 6. vita: Sapius in die delictius conscientiam excutiebat suam, & ceteros ad idem facendum magnoperè hortabatur, in eo perfecta vita cardinem revolutus. In hoc ipsum Scriptores unanimiter consentiunt. Disce in eo secundum communis instituti leges tu tibi prætere vitam ordinare, & mores componere, & temetipsum judicare, teipsum, apud teipsum judicare, sæpè etiam condemnare, nec puniunt dimittere, sedeat judicans justitia, stet rea, & seipsum accusans conscientia. Nemo te plus diligit, nemo fidelius judicabit; mane præterita noctis, fac à temetipso exactionem, & vespere præterita diei, tu tibi indicito cautionem; vespere præterita diei, tu tibi indicito cautionem; vespere præterita diei, tu tibi indicito cautionem. S. Bernardus Serm. de imitat. Dom. cap. 31. Habeto codicem conscientiam tuam, & scribe quotidiana peccata, quomodo occubueris, per stratum tuum, perfer in medium, conscientiam tuam, & remiscere peccata tua. Dicit in corde tuo; expendimus decem anima! quid fecimus boni, & quid mali operati sumus? & si quid boni facisti, gratias age Deo, si quid mali, de cætero ne facias. Instruct nos S. Chrysostomus in Psal. 50. allèrens ultimum. Nihil est, quid quis sic debeat cogitare, nisi ut in seipsum se conjiciat, se discat, se discutiat, se inspiciat, se quarat, se mirari, & quod displicet, necet, & quod placet, optet, & plaudat. & hom. 23. in Matth. habet: Itaque lectum ac quietem petitorus, hoc judicium in eas, idoneum ad hanc rem hoc tempore consentaneus locus, camera, & lectulus, quod Propheta quippe dicitur.

S. Ignatius
Loyola.

S. Xaverius.

S. Bernardus.

S. Chrysostomus.

denotavit, dicens: *quæ dicitis in cubilibus vestris, in cordibus vestris compungimini. Neque res parvas contemne, sed magnas etiam earum rationes expete, hoc modo magna facilius evitabis delicta; id si diligenter quotidie facies, terribili futuri Judicis tribunali latus assistes. Electorum est actus suos quotidie, ab ipsa cogitationis fonte discutere, & omne, quod turbidum profluit, ab* S. Gregorius
intimis excicare, docet S. Gregorius lib. 35. moralium. Sicut mercatores quotidie lucri & damni rationes exigentes, Climacus.
pra reliquis augent opes; ita & lucra virtutum ii potissimum augent, qui earum vel incrementum, vel decrementum quotidie examinant. Climacus de vita relig. Sicut in domibus,
ubi frequens scapparum usus est, nulla apparent aranea, ita ubi frequenter examen conscientia adhibetur, Diabolus laqueos suos extendere veretur. Et sicut pavimentum quo sapius everritur, Busaus.
eo purius redditur, ita quo sapius conscientia per examen purgatur, tanto purior, teneriorque efficitur. tradit Busaus in virid. titulo eodem c. 4. Concludo cum S. Ignatio Lojola lib. Exercit. Examen conscientia ad purgationem anima, & peccatorum confessionem utilissimum est. Implorata S. Spiritus gratia Conceptus audiamus.

CONCEPTUS I.

Inter cætera præcepta ac leges, etiam sequentem Deus Confirmatio.
 legem Moysi præscripsit: *Sume tibi aromata, & stacten, & onycham, galbanum quoque boni odoris, & thus lucidissimum, faciesque thymiama compositum opere unguentarii mixtum diligenter, & purum: cumque in minutissimum pulverem universa aromata contuderis, pones ex eo coram testimonii tabernaculo. Exodi 30. Quid per contusionem ac mixtionem horum aromatum DEUS indicare voluit? Respondet S. Gregorius, per hanc aromatum contusionem & mixtionem intelligi crebram*
 (X x) 3 consci-

conscientiæ examinationem, & discussionem: *Aromata in pulverem redigere, est virtutes recogitando terere, & quo ad subtilitatem occulti examinis revocare, & hic pueris coram tabernaculo testimonii poni iubetur, ut DEUS ipse non jam Judex, sed testis sit, quod iudicium eius precipientes, & nosmet ipsos dijudicantes, misericordiam mereantur.* Verba sunt citati Patris: aromata comparatur diligens examen conscientiæ, ut sicut hæc delicatè condiunt & sapos reddunt cibos, sic medio diuturni examinis conscientiæ, delicta fit anima, Sancto Spiritui missus acceptissimus preparatur. Sicut aromata expellunt foetentia, ac odore suavi replent aromata, sic per frequens conscientiæ examen, expellitur sceler peccatorum, fragilitatum, ac imperfectionum nostrarum, anima verò suavissimo virtutum, ac perfectionum odore replentur. Sicut aromata impediunt putredinem, & ea, quæ conduntur reddunt vegeta, ac permanentia; ita frequens examinis conscientiæ usus expellit ad lapsum proclivitatem, Spiritum facit vegetum in bonis actibus, ac permanentem in virtutum operantibus, nempe declinare malum, & facere bonum. Anima hominis instar horologii est, in quo index est conscientia, pondus verò hujus, examen; quod ergo horologio inscripsit Academicus, inscribo animæ: *Ritè, si sæpè reversor.* Horologium si sæpius revisitur, pondera attrahuntur, rectè procedit, rectè monstrat; sic si anima per examen conscientiæ in dies saltem hinc, mane, & vespere lustratur, inspicitur, dirigitur; rectè procedit, rectè monstrabit, rectè sonabit. *Ritè, si sæpè reversor.* Anima nostra est velut navis infitoris, quæ pretiosis meritorum mercibus onusta, ad beatæ æternitatis portum, per mortalis vitæ pelagus contendit: Nulla navis sine sentina, nulla parva anima sine navis, & defectuum est fordibus; navis nunc ut serventur nautæ sæpius sentinam exhauriunt, Academicus inscribit Læma: *Servor dum exoneror.* Sic anima in gratia Dei securissimè conservatur, si medio examine conscientiæ à defectuum sentina indies exoneretur, purgetur, exsiccetur; *servor, dum exoneror.* Anima comparari potest horto vel agro, quem cœlestis agricola crucis vomere exaravit, gratiarum suarum rore fecundat.

verbi divini semine ditat; verum quibuscumque ager iste gratis impinguetur, cessabit nunquam Zizania germinare, quæ inimicus homo superfeminare minimè negligit; ad hæc Zizania eradicanda vix aliud paris efficacæ superest remedium, quàm diligens ac frequens conscientiæ examen; iterum Academicus exprobrat; Oculo in agrum defixo, cui inscribit: *Lustrando mundatur.* Lustrando quotidie examine conscientiæ animam, lolium defectuum, spinæ imperfectionum ab anima evelluntur, rescantur, ager animæ, totus mundus & purus à viticrum zizania, bono semine perfectionum repletus, conservatur.

CONCEPTUS II.

Canticorum cap. 4. sponsam, quæ anima fidelis est, Angeli in cœlum ascendentem describunt: *Qua est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula sumi, ex aromatibus myrrha, & universi pulveris pigmentarii.* Quod sponsam, dilectam Deo animam, Angeli inlitar suaviter fragrantium aromatum, ac suffiti cœlos ascendere describunt, non miror; quid enim est aliud pretiosa virtus, quàm odoriferum aroma, cui Academicus inscribit Lemma: *Ascendit sursum:* Sic virtuosa anima, sursum, ad cœli sedes, & gaudia æterna, elevatur; ast hoc miror; cur adnectant Angeli ascendisse virtuosam animam sicut *Virgulam:* Cur sicut virgulam? an fors per hoc, quod sicut virgulam ascendisse dicant, mysterium detegunt? sic est, mysterium quàm maximum, quod indico: virgula, Symbolum, ac figura est Judicii, ac Judicantis; ita super cap. 2. Apocalyp. glossatur Cornelius à Lapide: *Et reges eos in virga ferrea: Ingenuè hic loquitur S. Joannes de die judicii, in quo S. Victores, & Dei mandata custodientes usque in finem creabuntur à DEO judices orbis.* Sicut Virgula ascendit sponsa, fidelis anima, Virgâ inquam Judicii, frequentioris examinis conscientiæ, proficit anima in virtutibus, & præmi in consequitur regni cœlorum. Ita Hartung. Dom. 22. post Pentecost: conc. 5. *Sicut Virgula ascendisse dicitur, quia Virgâ Judicii sese continuit, & ad virtute in virtutem excrevit.*

CON.

CONCEPTUS III.

Isaac elegantissimam suam sponfam Rebeccam omnino primo vidit, & salutavit ad puteum viventis, & videntis: Genes. 24. *Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam, adducit ad puteum, cuius nomen est, viventis, & videntis. Cum elevasset oculos, vidit camelos venientes procul; Rebecca quoque conspecto Isaac. &c.* Signatè dicit Scriptura: *Eo autem tempore*: Quale quæso fuit tempus? in eo quid egit Isaac? unde præsentia, & consortio Rebeccæ beatus est? denominat tempus Scriptura, & simul etiam actionem Isaaci, quâ tunc occupatus erat, specificat, *Egressus erat ad meditandum in agro, incusata jam die*; Septuaginta Interpretes, pro *li* ad meditandum, legunt; ad *Exercendum*. Vesperis ergo se Isaac exercebat, exercitium determinat David Psalm. 76. *Exercitabam, & sciebam Spiritum meum*. Ruminabat optimè edoctus Juvenis incusante se sole, quid illa die, aut mali egisset, aut boni facere intermississet, Domum suam conscientia purgabat in agro, & arborum fructus? advenientem suam sponfam Rebeccam intueri, salutare, meretur. Rebecca sponsa animarum nostrarum, est gratia Dei ibi hæc se vel maximè offert & præsentat, ubi anima se ipsam quotidiano conscientia examine exercet, quid mali admissum, quid boni intermissum, quid obiter, & pertunctorie gestum sit, exactè disquirat, ruminat, & examinat.

CONCEPTUS IV.

Dum Elias curru igneo raperetur in cælum, Elifæus discipulus eius rogans inelamat: duplicem suum Spiritum sibi harpatur: *obsecro, ut fiat in me, duplex Spiritus tuus.* 4. Regum. 2. quod rogavit Elifæus obtinuit: *Erit tibi quod petisti*: quis aliter quo medio rem tam difficilem, duplicem Eliæ spiritum, Elifæus impetravit? dicit medium Carthusianus, & fuit incessabilis directio oculorum ad Ellam: *Si videris me, quando tollar a te,*

erit tibi quod petisti. Inspiciendo duplicem Spiritum obtinuit
 Eliseus: si & nos, ut olim Eliseus Eliam, indefinenter, omni die
 sapius conscientias nostras, stricto examine, inspexerimus, dupli-
 ci Spiritu, mentis & animæ perfectionibus dotabimur. Subscri-
 bibe Conceptum S. Bernardus Serm. 17. in Cantica: *Nunquam sine
 nostra conscientia magistra, unctio tollatur à nobis, si duplicato
 munere, non volumus defraudari.*

CONCEPTUS V.

Ruth cap. 2. Moabitidem, legimus *collevisse spicas in agro
 usque ad vesperam, spicas collectas, virga cedens, & excutrens
 invenit hordei modios tres*; Spicarum nomine actus nostri, per
 diem dicta, & facta, intelligi possunt; qui Christianus indies an-
 tequam cubitum iverit, virga iudicii particularis, examinis con-
 scientiæ, spicas, diei elapsi dicta, facta, intermissa, diligenter dis-
 cussit, ruminaverit, indubiè colliget modios tres, triplicem
 inquam gratiam: gratiam compunctionis de negligentis com-
 missis, gratiam conjunctionis cum DEO, gratiam emendati-
 onis, majoris impofterum cautelæ in conversando, & ope-
 rando.

CONCEPTUS VI.

Postquam DEUS tot nobiles creaturas produxisset, bonas
 esse S. Spiritus affirmat: *Vidit DEUS quod esset bonum.* Genes.
 cap. 1. Omnia DEI opera bona simpliciter esse approbantur.
 Paulo post Sanctus Spiritus, qui prius opera Dei bona simplici-
 ter esse dixerat, valdè bona esse annunciat: *Erant valdè bona:*
 jam non amplius opera DEI dicit esse bona simpliciter, sed
 cum addito: *Valdè bona.* Optima inquam, ac omni norma
 perfecta, omni regula absoluta. Quid opera, quæ antea S.
 Spiritus simpliciter bona dixit, jam valdè bona, id est, per-
 fectissima, absolutissima fecit? causalis adscribitur inspectioni,
 examini, quod super opera sua DEUS instituit: *Viditque
 DEUS cuncta, qua fecerat, & erant valdè bona:* Genes.
 Pars II. (Y y) cat.

cap. i. Prius quidem bona, postea valdè bona, postquam
pè examen intercessisset; ex quo discimus, opera
quantumvis bona fuerint, meliora adhuc futura fore,
Sanctæ inquisitionis libellam, per quotidianum examen
scientiæ revocentur.

Hortor ergo omnes cum S. Chrystomo Serm. 3. pe
nitent. *Faciamus hoc in operibus nostris vocata conscientia
fra, faciamus similiter rationem operum, verborum, cogita
num, & scrutemur quid utiliter insumptum sit, quid in pe
niciem nostram, quis sermo malus expensus in convitia,
sales, in turpiloquia, qua concupiscentia oculum in
intemperantiam provocavit.*

Amen.



IN FESTO SANCTI LEOPOLDI.

CONCIO PRIMA.

Homo quidam nobilis. &c. Luc. 19.

Timor Domini nobilitat, & beatificat.

Textus.

Thema.

Sanguine nobilis S. Leopoldus, animo nobilior, quia ab infantia timuit Deum, sic Ecclesia orat in hodierno officio: *Relucebat in adolescentia cum Dei timore, summa vite integritas.* Nobiles ergo, id est, summe felices, excellentes, ac beatos facit, timor Domini. Pulchro emblemate hoc expressit ingeniosus Symbolista, nempe salubri illa piscina probatica. Joan. 5. *Movebatur aqua, & sanabatur unus.* Academicus epigraphen subdit: *Turbata salutem.* Sic timor Domini indubiam animae adfert salutem, omnemque nobilem felicitatem: Audiamus Sacram Scripturam: *Multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.* Tobiae cap. 4. *Beatus, qui timet Dominum, potens in terra erit semen ejus, gloria & divitia in domo ejus.* canit David Psalmo 111. *Timor Domini, gloria, & gloriatio, & letitia, & corona exultationis.* docet Eccles. c. 1. SS. Patres libeat percipere: *Timor fundamentum est salutis, timendo cavebimus, cavendo salvi erimus.* scribit Tertullianus lib. de cultu foemin. Conformiter S. Augustinus in Ps. 147. *Territi pracavemus, pracaventes, securi erimus; timor praesens, securitatem generat sempiternam. Solus est Dei timor, qui mentes corrigit, fugat crimina, innocentiam servat, & omnis boni tribuit facultatem.* tradit S. Chrysostomus Serm. de Joanne Bapti.

Exordium.

Textus Sacrae Scripturae.

SS. Patres.

Tertullianus.

S. Augustin.

S. Chryso.

(Yy) 2

Bapti.

- S. Bernardus* Baptista. *Timor Domini radix & custos est omnium bonorum.* dicit S. Bernardus tractatu de dopis S. Spiritus. *Non potest timere barbarum, qui timuerit Salvatorem, non potest metare*
- S. Ambrosius* *hostis impetum, qui Christi precepta seroaverit, precepta enim Christi, arma sunt Christianis, & divinus timor, timorem à nobis repellit hostilem.* perorat S. Ambrosius Serm. 1. de Elifio. *Quemadmodum quercus demissis altius radicibus, nullius ventis viribus sternitur; ita animam divino confixam timore, vultu*
- S. Chrysof.* *tentationum ventus evellat.* verba sunt S. Chrysofomi hom. 53. in Joannem. *Sicut impossibile est, ut cælum non sit aliud terrâ, & non adjuvet eam; sic impossibile est, ut misericordia Dei non protegat eos, qui timent eum.* tradit Hugo Cardin. in
- S. Gregorius* Pf. 102. *Anchora cordis, est pondus timoris.* scribit S. Gregorius lib. 6. c. 24. *Tenendum est, animam Dei timore, velut viro obseptam, fortem esse, & quodammodo invictam.* scribit S. Cyrillus lib. 2. in Isaiam cap. 16. *Concludo cum S. Ephraem Serm. de timore Domini. Non est inter homines major illis, qui timet Dominum, & anima Dominum timens felicissima est.*
- Ephrem.* *Invocatâ S. Spiritus gratiâ audiamus Conceptus.*

CONCEPTUS I.

- Confirmatio.* Timorem Domini S. Laurentius Justinianus Anchorarum vocat lib. de perseverantia cap. 3. cur anchoram? anchoræ beneficio, navis in medio mari, tuta sistitur, anchora firmat navim, ne ruat, ne mergatur: Academicus expressit Lemnæ: *hoc pondere tuetur.* Timorem Dei ergo Anchoram Justinianus vocat, utique ideo: sicut anchora navim firmat in medijs undis, ne fluctuet, vertatur, ac mergatur; sed fixa, firma consistat, sic timor Domini hominem, qui quasi navis in mari hujus mundi, à ventis tentationum impeditur, ne ruat, labatur in peccata, sicque in profundum inferni demergatur, tuetur, in gratia Dei firmum, ac stabilem custodit, & conservat. Ita concludit

Sanctus: *Timor stabilem reddit gratiam sicut anchora stabilem navim facit, anchora namque mentis est pondus timoris.* Teftem produco Jobum: O quot tentationum fluctus hunc virum impetivere, ruina domus, chara pignora; filii, & filiae omnes occidantur, ô dolor! de Cœlo ignis deciduus multa millia ovium concremat, & incinerat, hostis ditiones devastans, boves, camelos prædatur, Job ad stipem redactus, undique orbis & pauper, insuper à planta pedis usque ad verticem capitis ulcere pessimo saucius, in fimeto derelictus, desolatus jacet. ô tribulationes! ô miseria! in tot, & tantis adversitatibus Job, firmus, inconcussus permanet animo, & mente, *in omnibus his non peccavit Job, neque stultum quid contra DEUM locutus est.* cap. 1. Quid in tot adversitatum procellis, navim hanc, Jobi animum, inconcussum, infractum, fixum, firmum, conservavit? conservavit, firmavit, fixit timor Domini. Audiatur Job. cap. 31. *Semper enim quasi timentes fluctus timui Deum.* Quam bellè S. Chrysostomus hom. de fide Annæ: *Sicut procellarum furorem, & insultus, nauclerus sua peritia frangit, & eludit; ita timor Dei omnium tentationum potestatem sua virtute superat.*

CONCEPTUS II.

Ecclesiasticus; timorem Domini Radicem intitulat: *Radix sapientia est timere Dominum, & rami illius longevi.* cap. 1. Cur timorem Domini dicit esse radicem? Radix arborum, & plantarum fundamentum, ac substantia est, si fundamentum solidum, ac fixum est, ædificium forte, ac stabile esse concluditur; si radix profundè fundata, & tenaciter terræ, ac fundo inhaeret, arbor duratura longos in annos conjicitur. Arbori comparatur homo: Marci cap. 8. *Video homines veluti arbores, radix sit timor Domini: Initium sapientia timor Domini:* si nunc in corde hominis timor Domini firmiter radicans fuerit, hic homo stabilis erit, in gratia Dei, firmus, & constans in nobilibus virtutibus, dives & abundans fructibus divinarum benedictionum. Ita Hugo Cardinalis in hunc locum: *Sicut radix in profundo*

(Y Y) 3.

fundo

fundo terra est, sic timor Domini in profundo humilitatis tenet hominem, quanto altius crescit arbor, & ramos suos attollit versus cælum, quò plures etiam profert fructus, tantò profundiores jactat radices sub terra. Optime scripsit Rabanus in cap. 1. Eccles. Quanto quis magis Deum timet, tantò quis sapientior apparet, & quanto sapientior, tanto plenior fructibus bonorum operum, non enim timor Dei est usus, sed donis virtutum replet vitam hominis, & thesauri scientie spiritualis cor ejus illustrat.

CONCEPTUS III.

S. Propheta Isaias cap. 11. narrat & enumerat septem dona Spiritus Sancti: *Requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientia, & intellectus, Spiritus consilii, & fortitudinis, Spiritus scientia & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini*: Notare libeat Isaiam timorem Domini ultimo loco ponere; diximus timorem Domini fundamentum esse, & dicitur Spiritualis animæ, fundamentum omnium primò ponitur, & de timore Dei signatè erudit David Psalmo 110. *Initium sapientia timor Domini*: quomodo ergo Isaias timorem Dei ponit ultimo loco postremum assignat? si primum, ac fundamentum, bonitatis animæ, est timor Domini, quomodo etiam rectè ponitur ultimum, finis, ac complementum? an fors idè à Davide timor Domini initium dicitur, quia timore Dei, gratia, & favor divinus, virtutum nobilium incrementum acquiritur? ab Isaiâ autem timor Dei ultimo loco recensetur, quia timore Dei acquisito, Dei gratia, divinus favor, & benedictio, virtutum incrementum, in sæcula stabilitur, in posteros, ac familias transplantatur? sic mentem meam subscribit Petrus Cellensis lib. de partibus cap. 1. *Quasi custos super innumeras gazas, sic timor Domini in ultimo charismatum ponitur ad conservandas innumeras gratias.*

CONCEPTUS IV.

Sapientissimus Salomon Ecclef. cap. 40. inquit : *Timor Domini sicut Paradisus benedictionum.* Paradisum vocat timorem Dei, cur Paradisum ? in Paradiso omnis erat perfectio, cum perfectione abundantia, cum abundantia suavitas, & deliciae; Hic fructus perfectissimi, abundantes, & suavissimi, in quantitate, ac qualitate colligebantur. Timorem Dei Paradisum sapientissimus nominat, ad indicandum, timore Domini fructus perfectissimos, virtutum, donorum, ac gratiarum, acquiri, ac colligi. Ita affirmant Carthusianus, & S. Bonav. *Quoniam sicut in Paradiso est affluentia amoenitatis, & miri decoris arborum, & herbarum, & fluminum, & gemmarum; sic timori annexa sunt beatitudines, consolationes, & merita.* Scribit Carthus. & S. Bonav. habet in diata Salutis 6. cap. 1. *Timor Domini habet amoenitatem, sicut Paradisus dulcedinem, & delectationem, unde in Psalmo: Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te.*

CONCEPTUS V.

Jacob benedicturus filios suos à Ruben incipit: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, major in imperio.* Genes. 49. Per hæc verba Jacob omnes prosperitates, ac benedictionis fructus, nempe quod tot hæredibus auctus, divitiis, ac temporalibus bonis cumulatus sit, tot è periculis ereptus, à tot hostibus defensus, efficacis, & meritis filii Ruben adscribit: quare Ruben? Richardus in Allegor. Thylm. asserit: in Ruben DEI timorem adumbrari; & de eodem timore sub hæc metaphora Jacob loqui; cum ait Ruben eum ejus invictæ fortitudinis fuisse principium, & etiam salubris poenitentis exordium: audiamus formalia Richardi: *Per Ruben intelligitur timor DEI, rectè ergo primogenitus, quia timore Dei*

Dei

*Dei omne bonum inchoatur; recte fortitudo dicitur, quia per
timorem domini, cor contra concupiscentias roboratur. Ergo
Dei timor ad cœlestia excipienda dona, aditum aperit, & acci-
ta fulcit.*

CONCEPTUS VI.

David 2. Regum cap. 23. inquit: *Locutus est Israel fortis
dominator hominum, justus dominator in timore Dei.* Notat hic
Abulensis, quod David Deum bis dominatorem vocet: *Dominus
tor hominum, justus dominator*: Cur bis dominatorem intitulet?
Respondet Abulensis: quæst. 3. DEUM, Davidem bis dominatorem
intitulare, ut doceret, Dominum DEUM omnibus create-
ris dominari jure majestatis: sed specialiter dominari timorati,
teneriori affectu, ac favore, attendere: verba Abulensis sic lo-
nant: *Quamquam Deus sit dominator omnium, tamen specialiter
illorum, qui timent eum, quia ipse specialiter attendit ad illos.*
Deus se timentes speciali regit providentia, & sollicitiori proce-
dit cura, bis benignus, bis liberalis, bis providus in eos, qui ti-
ment Dominum.

Epilogus.

Hortor ergo verbis S. Laurentii Justiniani ligno vitæ cogitans
*Quicumque desiderat sapientiâ, & scientiâ repleri, & qui salu-
tari Spiritu monitus anhelat pertingere ad culmen virtutum,
non aliunde incipiat, quam à timore Domini, nam ipse
timor est robur anime, lumen intelligen-
tia, & spes salutis.*

Amen.



IN FESTO SANCTI LEOPOLDI.

CONCIO TERTIA.

Dedit ei decem mnas. Luca 19.

Textus.

Liberalitas felicem, & magnum facit Datorem.

Thema.

S Cipio Bargalius super vivas fontis aquas scripsit: *Dum fluit, crescit: Qui liberaliter beneficia in proximum profundit; crescit, proficiet, exaltabitur, felix, & magnus erit: Scriptura teste: Victoriā, & honorem acquirēt, qui dat munera.* Prov. cap. 22. *Alii divitiis dunt propria, & ditiores sunt.* Proverb. cap. 11. *In lucrum cedunt, quae bene meritis conceduntur.* scribit Cassiodorus Vari. 3. *Liberalitatis gratia, & Regum gloria, & Regnorum fundamentum.* docet Aristoteles ad Alexandrum. *Liberalitate nihil est natura hominis accommodatius.* perorat Cicero 1. officiorum: *Beneficium dando, accipit.* inquit Publ. Mimus. *Hoc uno beata sunt regna, benefacere cum semper possunt.* habet Nicremb. *Nunquam parcendum est muneribus, nunquam numeris, cum numeris res iusta confici possunt, quorum parsimonia publica rei obfuit, quod saepe ius sine tumultu, & sanguine vix obrinnit, cum pace liberalitas vidit accedere.* Forsterus in not. ad l. 16. Tac. Audiamus Patres: *Quomodo fontium gurgites cum hauriantur, uberius scaturiunt, aliusque quam prius exiliunt, eodem modo disciis cum hauriuntur, decrementum minimè patiuntur.* docet S. Isidorus Pelus. lib. 1. ep. 466. *Qui dando ditantur.*

Exordium.

Textus Sacrae Scripturae.

Patres.

S. Isidorus.

Pars II.

(Z z)

vine

- S. Basilius. *vina gratia confidunt, puteos imitantur, qui continè exhausti, minimè deficiunt; sed duplo copiosiores evadunt.* scribit S. Basilius hom. 3. ad divites avaros. *Inexhausta sunt beneficentia opes, nam largiendo acquiruntur, ac dispensando colliguntur.* inquit Agapitus epistola parænetica. Num. 44. *Iustitia & beneficentia tam immortales sunt, quam mens & anima, qua bonis operibus similitudinem Dei assequitur.* scribit Lactantius lib. de ira Dei. Et iterum: *Nihil tam divinum habet homo, quam de aliis benè mereri.* Liberalitatis elogium describit S. Gregorius Nissenus orat. de pauperum amore: *Hæc est felicitas omnes, hæc est omnium virtutum laudatissima, hæc assidet Deo, & magna est cum eo necessitudine conjuncta.* Finio cum Langio Josepho in Polyanth. fol. 656. *Sicut, quò quis sapius docet, evadit doctior, ita quò plura quis liberaliter aliis largitur, tantidior efficitur.* Divino implorato auxilio desuper Conceptus dicam.

CONCEPTUS I.

Confirmatio. Narrat S. Evangelista Joannes cap. 6. Judæos convalesse, ut JESUM Regem sibi facerent: *JESUS ergo cum cognovisset, quia venturi essent, ut facerent eum Regem, fugit in montem ipse solus.* Quid eos movit, ut Christum Regem deponere, & sibi constituere voluerint? fors charitas, ex qua sanabat infirmos, & languores curabat? fors eos movit Zelus, quo benignissimus Dominus verbum Dei eis deprædicabat? alia est virtus, quæ plebem Judaicam movit, ut unanimi voto Christum sibi Regem constituere intendant; est quæ liberalitas. Hominum quinque millia liberalissimè cibavit: *Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia; accepit ergo JESUS panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus; similiter & ex piscibus quantum volebant; certo liberalissimè dedit, qui dedit quantum volebant; & hæc liberalitas, beneficentia, adeò movit populum, ut in Regem Christum proclamare, ac coronare confiterentur.*

illi verò homines, cum vidissent, quod JESUS fecerat signum, dicebant: quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum &c. JESUS ergo cum cognovisset quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus. Liberalitas, ac magnificentia, magnos facit, extollit, ac felicitat. Seneca subscribente: lib. 3. de benefi. cap. 15. *Qui dat beneficia, Deos imitatur.*

CONCEPTUS II.

Ex creatione tot præstantissimarum creaturarum venit, quod Barbarus Turca, DEUM Dominum Universi agnoscat: S. Eligius hom. 11. de Sanctissimo Altaris Sacramento, Eucharistia, etiam asserit: *Sacramento Eucharistia totus mundus subjugatus est.* Sacramento altaris effecit Christus, ut ab omni Christiano Dominus agnoscat, omnis se Christo, ut Dominationi suæ se subjiciat, Deum, & Monarcham universi veneretur, magnificat, ac deprædicet. Sed cur rectè ex opere creationis tot excellentissimarum creaturarum, etiam lumine naturæ, gentiles in cognitionem numinis, & summi entis deveniunt, Deum, Dominum, & Monarcham universi agnoscunt? Deindè, cur rectè Sacramentum Eucharistia instituendo, Christus effecit, ut ei se omnis Christicola, qua supremæ Dominationi, ac summæ potestati subjiciat, colat, & veneretur? ad primam quæstionem respondet S. Gregorius Nazianz. orat: 41. Tot, & tam præstantes creaturas creando, Deus suam magnificam liberalitatem fecit innotescere, non enim idè tantum creavit Deus Cherubinos, ac Seraphinos, ac Angelorum choros, ut suam majestatem super sidera laudarent, sed ut & hominum tutelæ, & curatelæ prodesse: *Angelis suis Deus mandavit de te, ut te custodiant in omnibus viis tuis &c.* Psalmo. 9. Non creavit hominem tantum, ut is thura adoleret super Altare Numini; sed etiam, ut DEUM amando, ac colendo, suaviter his terrenis opibus, ac creaturis potiretur, & tandem gloria cœlesti frueretur: Creavit Deus unico verbo, Angelos ac homines, non tam ad suam gloriam, quam

(Z z) 2

quàm

quàm ut haberet subjecta, in quæ transfunderet opes magnitudinis suæ, & quibus tribueret perfectionem suæ existentie, hæc gratiæ sanctitatem, & præmiorum suorum beatitudinem: audiamus verba S. Gregorii: *Bonitati minimè satis erat, sua ipsius sola contemplatione moveri, sed bonum diffundi, ac promulgari oportebat, ut plura essent, quæ beneficio afficerentur.* Ergo liberalitas creationis, communicationis sui in omnes creaturas, naturali lumine etiam barbarum inducit, ut Deo Dominum universi attribuat, Monarcham cunctorum agnoscat, & honoret. Ad secundam quæstionem, quod nempe Sacramentum communionis totus mundus subjugatus sit, Christiani inibi Deum esse agnoscant, Dominum, & Monarcham suum adorent; causalem dicit esse S. Thomas liberalitatem, quia in Eucharistia Christus se totum in nostros usus contulit: Joannis cap. 6. *Carne mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus:* Desuper S. Thomas Aquinas: *Hæc de nostro assumpsit, totum nobis contulit ad salutem.* Liberalitas ergo est qualificans illa virtus, quæ liberales nonnisi magnos, & felices facit.

CONCEPTUS III.

Jacob benedicens filios suos dum ad Josephum devenisset, ita inquit. *Filius accrescens Joseph, filius accrescens.* Crevit utique Joseph in honore, & dignitate, in thesauris, & divitiis. Ita textus Genes. 41. *Tu eris super domum meam, & ad tui imperium cunctus populus obediet, uno tantum regni solio præcedam te &c. dixitque rursus Pharaon ad Joseph: Ecce constituo te super universam terram Ægypti, tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus, vestivitque eum cum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit &c.* Quid adeo accrescere fecit Joseph? quid tam honoratum, potentem eum effecit? fecit liberalitas, de qua Genesis cap. 43. legitur, Magna Annae caritas exorta est in terra Mesopotamiæ, adeo ut & in Ægyptum

facere Zachæum, extollere in filium Abrahæ, salute, & benedictione divina amplificare substantiam, & domum ejus. Hanc mentem subscribit S. Chrysologus Serm. 54. de def. & ascensu Zachæi, *descende ante Dominum de adamantina arbore, ut post ortem Dominicæ passionis ascendas.* Liberalitas ergo est illa virtus meritoria, quæ nisi ascensus, & salutes parat.

CONCEPTUS V.

Abraham senex ablegat servum suum, quem habebat filiosissimum, præpositum domus suæ, ut pro filio suo Isaac sponsam quærat, & adducat: è millibus filiabus hic servus elegit Rebecca: quæ est qualitas in hac Virgine, ob quam præcuncta eligitur, sicque magna Domina, dives, & potens matrona, in futurum constituitur? an fors qualitas Rebecca est pervertentis nobilitatis? an temporalium bonorum, opum, & divitiarum copia, ac abundantia? nec præcipuæ nobilitatis, minime divitiarum Rebecca fuit, quæ ergo qualitas in ea adeo præstans, ob quam è mille filiabus in sponsam eligitur Isaac, ac magnificatur? qualitas ac virtus eximia, ob quam in sponsam Isaac electa est Rebecca, sicque magnificata, est liberalitas, & beneficentia, patet ex Scripturætextu. *Rebecca descendens ad fontem, & impleverat hydriam aquam, ac revertebatur, occurritque ei servus, & ait: pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua; qua respondit: bibe Domine mi, celeriter deposuit hydriam super ulnam suam, & dedit ei potum. Cumque ille bibisset, adjecit, quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, ut hauriret aquam, & haustam omnibus camelis dedit. &c. Et addidit dicens: Palearum quoque, & Feni portavit.*

mirum est apud nos, & locus spaciosus ad manendum. Quod Rebecca petenti servo haustum tribuat, charitatis est officium, quod plus præstet Rebecca, quàm ab ea petatur, nempe camelis aquam hauriat, locum ad manendum in domo Patris sui non petenti ultroneè offerat, liberalitas est, & beneficentia, & hæc liberalitate, & munificentia exploratâ, fuit qualitas in Rebecca Virgine, ob quam è millibus fuit electa in sponsam Isaaci, felix, dives ac honorata effecta est. Liberalitas mirum exaltat honorum titulis fulgentes, possessionibus prædivites efficit.

CONCEPTUS VI.

Sponsam mirantur Angeli: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum:* Cantic. 8. Alcentus honorem & dignitatem significat; deliciarum affluxus divitias notat: ergo honoratissima, dignissima habetur sponsa, facta possessionibus abundans; quid sponsam tam honoratam, tam abundantem fecit? dicitur Cantic. 3. *Ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genericis meæ, & dabo ei poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.* Quod peregrino sponso, in domo sua fecerit habitaculum, quod sitienti haustum præbuerit, charitatis opus erat; ast quod non tam in domum, sed in intimum cubile introducat, quod non tam haustum ordinarium, sed potum exquisitum, vinum conditum, mustum malorum granatorum tribuerit, munus erat generosæ liberalitatis, ac beneficentiæ; & hæc liberalitas sponsæ, aded magnificavit, exaltavit, ditavit dilectam. Liberalitas est, quæ liberalem ditat honore, ac possessionibus.

CONCEPTUS VII.

Non sine mysterio sacer textus Elcanam, maritum Annæ dicit fuisse, *filium Jeroan Ephrataeum.* 1. Regum. cap. 1. Quale in hoc, quod Elcanam, filium Jeroan Ephratæum vocet, mysterium latet? mysterium detegit S. Cajetanus: Jeroan, ut interlinari

ncari

neari placet, idem est, quod *benignus ac liberalis*. Ephraïm autem, idem significat, quod *honoribus pralucere, divitiis excedere*. Describitur ergo Elcana filius Jeroan, filius beneficus ac liberalis, & additur Ephraïm, hoc est, honoratus ac dives, quasi ad latus hæreant, & fidi comites liberalitatem sequantur honor, ac divitiæ, felicitas ac prosperitas. Audiantur verba Ceterani, hîc: *Describitur Elcana vir non communis, sed Augustinus ab augmento, quod creditur opum, & honoris*. Egregiè Callistrus de liberalitate: 3. Vari. 39. *Suo quodam privilegio veluti a qua donantur, exposcit*. Liberalitas comites alit, honores & divitias.

Epilogus

Hortor verbis S. Pauli ad Hebræos cap. 13. *Beneficentia & communionis*, S. Theophylactus legit: *Communitate ut non oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus*. Si Deus, ergo etiam Deo Gloria, & divitiæ.

Amen.




 IN FESTO SANCTI LEOPOLDI.

CONCIO TERTIA.

Euge serve bone, & fidelis &c. eris potestatem habens supra decem civitates: Luca 19. Textus.

Mansuetis, ac mitibus, favet Deus. Thema.

Sacri, ac prophani Authores experientia didicerunt, columbam carere felle, unde Lemma subscripserunt: *Viscera felle carent*: Hominis mansueti, ac benigni hæc imago est; qui in imperando, regendo, intruendo, suaviter, affabilis, blandus, ac mitis est, qualis fuit S. Leopoldus, qui adeo mansuetus, benignus, ac mitis fuit erga subditos suos, ut communi nomine sanctum hunc Principem, non suum Ducem, sed suum Parentem vocarent; hinc DEO & mundo tam charus, & acceptus, immortalibus laudibus celebratur; hæc in Virtute, mansuetudine inquam, S. Leopoldum sequentes, DEI, ac hominum favorem experiemur.

Assumptum Sacram Scripturam probo: *Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur, in multitudine pacis.* Psalm. Textus Sacrae Scripturae.

36. *Propter mansuetudinem &c. deducet te mirabiliter dextera tua.* canit David Ps. 44. & iterum Psal. 146. *Suscipiens mansuetos, diligit mansuetos; & Psal. 149. Exaltavit mansuetos in salutem. Mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* inquit Judith, cap. 9. & Christus ipse asserit Matth.

5. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* S. Patres autem dicimus: *Tantum est mansuetudinis robur, ut sola hæc virtus sufficiat se colentem diligenter, ineffabilibus laudibus efferre,*

Pars II.

(Aaa)

omni

- S. Chrysoſto-
mus.* *omni hominum generi præferre. Scribit S. Chryſoſtomus homi-
33. & in illud Pfalmi 136. Suscipiens mansuetos Dominus:
Non dixit opem ferens mansuetis, sed quod est longè majus, su-
scipiens, quid autem suscipiens? recreans, fovens, bajulans, &
velut mater in ulnis gestans, hoc audiant mansueti, & letentur.*
- S. Basilius.* *Maxima omnium virtutum est mansuetudo, eaque in beatitudi-
num numero relata est. perorat S. Basilius in Psal. 33. Beatus
& verè felicissimus vir ille est, qui mansuetus est; loquitur S.
Ephrem. in vita & virtut. Consolatè S. Ambrosius in Ps. 36.*
- S. Ambrosius.* *Merito mansueti terram possidebunt, in quibus Deus ipse requie-
scit, sicut divino per Isaiam resultavit oraculo, dicens: Super
quem requiescam, nisi super humilem, & quietum. Et iterum
lib. 2. officiorum. cap. 7. Qui semper in honore manet, si in*
- Cassiodorus.* *est tranquillus animus, cum quoque serenissimus commenda-
aspectus. Cassiodorus lib. 8. ep. 14. Hoc est Indorum sapien-
tium præceptum, Principem quò natura sublimior sit, eo se ho-*
- Nicephorus.* *manio rem præbuerit inferioribus, charissimum populo futurum
scribit Nicephorus historia Byzant. lib. 6. Concludo cum
Augustino Serm. 20. de tempore: Qui clementer ignoscere po-
catoribus novit, clementiam divina pietatis certissime accipit.*
- S. Augustinus.* *Popularis & grata est omnibus bonitas, nihilque quod tamper
illabatur humanis mentibus; ea si mansuetudine morum, ac fa-
cilitate animi, & affabilitate sermonis, verborum honore, mes-
stiaque adjuvetur gratiâ, incredibile est, quantum procedat ad
cumulum dilectionis. Imploratâ S. Spiritus gratiâ deliquit
Conceptus audiamus.*

CONCEPTUS I.

- Confirmatio.* *Favorem, quem DEUS David exhibuit, quis est qui
deprædicet, & explicet? puero tantam tribuit fortitudinem,
ut etiam validissimum Gigantem prostrernere, devincere vale-
rit; pastorculum in generosum evexit militem, imo in militem
Duce.*

Ducem & Capitaneum, è milite planè exaltavit in Regem, ac terræ Principem, qua virtute meruit David tantum Dei favorem? nominat virtutem meritoriam exindè in se magnos DEI favores collatos, lib. 2. Regum cap: 22. *Mansuetudo mea multiplicavit me*: id est glossatur Abulensis, quæst. 5. *Propter mansuetudinem meam ego fui multiplicatus in bonis, mansuetudo est quadam qualitas reddens hominem dispositum ad communicationem quibuscunque. David erat mansuetus, & propter hoc multiplicabantur amici ejus, & desiderantes servire ei.* Præclare scribit Naxera in lib. 2. Regum cap. 22. *Pacida mansuetudo, urbana comitas, comes benignitas, amicos multiplicat; humanus, ac mansuetus modus favorum divinatorum efficax est illicium, & laudabile incantamentum.*

CONCEPTUS II.

Moyfes adhuc in vitâ eximiis Dei favoribus ditatur, eligitur in Principem populi Israelitici, *Constitui te Deum Pharaonis.* Exod. cap. 3. Post mortem, gloriosæ illi transfigurationi in monte Thabor proximè astitit Moyfes: *Et ecce apparuerunt illis Moyfes & Elias, cum eo loquentes.* Matth. 17. Quæ qualitas in Moyse, quod summo favore, tam in vitâ, quam post mortem à Deo cumuletur: quod cunctis Sanctis, etiam Abraham, Isaac, & Jacob in videnda claritate filii Dei, præferatur? qualitas & meritoria virtus, tot divinatorum favorum, est Moyfis eximia Mansuetudo, *Erat vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra,* testatur lib. Num. cap. 12. Desuper S. Hieronymus ep. ad Theophil: *Dux ille Israelitici exercitii, inter omnes homines, quos terra tunc generavit, mansuetissimus prædicatur, & ideo per eos annos obtinuit principatum.* Ergo Mansuetudo animi, favorum divinatorum Philtrum, ac incantamentum, dixeris.

CONCEPTUS III.

Dilectus sponsæ labia, vittam coccineam dicit: verbum ac sermones, quos profert, dulces ac melleos esse asserit: *Labia tua sicut vitta coccinea, & eloquium tuum dulce.* Cant. 4. Cur dulce eloquium, vittæ coccineæ comparatur? Dulce eloquium mansuetudinem mentis, humanitatem animi designat; vitta coccinea, idem est quod funiculus purpureus: An ego ideo dulce eloquium, mansuetam mentem, humanitate perditum animum funiculo comparat; ut sicuti fune necluntur partes, sic DEUS suâ gratiâ, & favore, quasi adnectitur, iungitur mansuetis, mitibus, ac humanis; ita cogitationem hanc subtrahit Glibertus Sermon. 24. *Ea labia*, mansuetorum inquam, ligant, & rutilant.

CONCEPTUS IV.

Librum intus & foris scriptum, signatum sigillis Septem: dicit Joannes, insuper audivit Angelum Dei suspirantem: *Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula ejus? & nemo poterat, neque in celo, neque in terra, neque sub terra aperire librum neque respicere.* Apocalyp. cap. 5. Desuper constitutus Joannes inquit: *Et ego flebam multum, quoniam non dignus inventus est, aperire, & legere librum, & videre eum.* Tristem Sanctum Evangelistam consolatur vir senex: *Et ego qui de senioribus dixit mihi, ne fleveris, ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David aperire librum, & solvere septem signacula ejus. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio Seniorum Agnum stantem, tanquam occisum, &c. Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum, & cum aperisset librum, quatuor animalia, & 24. Seniores ceciderunt coram Agno &c. dicentes: dignus est accipere librum, & aperire signacula ejus. &c.* Liber hic est gratia Dei dicit

dicit nunc quidem unus de Senioribus, quod Leo de tribu Iuda, qui est Christus JESUS, per passionem suam vicerit, & ista victoria promeruerit aperire librum gratiæ, ipse tamen non aperuit, sed aperuit Agnus. *Vidi Agnum tanquam occisum & venit & accepit de dextera sedentis in throno librum, & cum aperisset librum.* Si Leo vicit, cur Leo librum non aperit, signacula non solvit? sed librum aperit Agnus. Agnus Symbolum est mansuetudinis, inter omnes mitis. Leo Symbolum est potentia, fortitudinis, rigoris, & austeritatis, *Leo rugiet, quis non timebit?* Utrumque Christus Dominus est, inquit Richardus apud glossam, *Leo magnus per divinitatem, Agnus per mansuetudinem.* Et addit: *Leonem audivit in promissione, Agnum videt in executione.* Agnus librum aperit, Agnus signacula solvit; Agnus, qui est per mansuetudinem, librum gratiarum, & favorum Dei aperit, se dignum reddit beneficiorum, ac donorum divinorum; Agni mansueti tollunt signacula iræ, & reserant archivum gratiæ. *Agnus vidit in executione.*

CONCEPTUS V.

Sapientissimus Salomon magnificum templum exstruxit ex lignis cedrinis; *Omnia cedrinis tabulis vestiebantur.* 3. Regum cap. 6. Sola ostiola ad Sanctum Sanctorum, seu tabernaculum, fecit Salomon de lignis olivarum: *Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis olivarum;* Item figuras varias curavit Salomon fieri ex auro mundissimo: *Nihil erat in templo, quod non auro tegetur, sed & totum altare oraculi texit auro.* Exceptis duobus Cherubinis, qui proximi oraculo adstabant, fecit pariter ex lignis olivarum: *Et fecit in oraculo duos Cherubinos de lignis olivarum decem cubitorum altitudinis.* Cur rectè introitus ad oraculum, & Cherubini proximi ad oraculum adstantes, de lignis olivarum fabricati sunt? Oleum lenit, & emollit duræ, & hispida, Symbolum est ergo oliva mansuetudinis, lenitatis, animi mollis, ac blandi: Ex lignis olivarum ergo sapientissimus fecit introitum ad oraculum ac Sanctum Sanctorum; ad indicandum: virtute mansuetudinis, lenitatis, ac mitis animi, patē-

(Aaa) 31

re


re introitum, & ingressum, ad oraculum favorum divinatorum: lignis olivaram fabricati sunt Cherubini, Spiritus illi oraculo proximè assilentes; in nostram doctrinam: Mansuetos, ac mites, ad thronum gratiæ DEI esse primos & proximos: ubi Christo Matth. 5. *Beati mites.*

CONCEPTUS VI.

Jacob proficiscens in Mesopotamiam: *Fidit in somnia: visam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum, Angelos quoque DEI ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scala dicentem sibi, Ego sum Dominus Deus tuus. &c. Et ero custos tuus quocumque perrexeris: Genes. 28.* Quæ explicet hunc Dei favorem: Jacob è Mesopotamia redeunt, huius favor divinus renovatur, & iteratur: *Fueruntque ei obvia visionis Angeli Dei: Deus ipse: Benedixit ei in eodem loco: Genes. 32.* Quæ merita Jacobi tantorum favorum? fuisse mansuetudinem ex historia patet: Innocens licet sit Jacob, ultrò tamen cedit in servitium Esau, servum agit in terris exteris, ut dominari valeat in terra bonis paternis, an non hæc insignis lenitas, & mansuetudo? Quæ dux Jacob, licet jam divino oraculo decretum fuerit, quia *major serviet minori.* Esau serviat Jacob: ultrò tamen Jacob pedes Esau se servum humilem abjicit, non fratrem, sed dominum suum Esau intitulat; ac veneratur: *Ut invenirem gratiam coram Domino meo, Genes. 33.* O insignis mansuetudo. Hæc Jacobo clavis fuit cælum referans; meritum fuit tantorum Dei favorum. Quàm verè Eccles. cap. 6. *Verbum dulce multiplicat amicos: Optimè Valerianus hom. 12. Infinita virtus est, non vicisse beneficiis, nam ille inter cæteros palmam perfectæ caritatis obtinet, qui ad vicem veneni pocula dulci melle componit.*

Eplilogus.

Hortor ergo cum Eccles. cap. 3. *In mansuetudine serva animam tuam, & perfice opera tua, & super bonorum gloriam diligeris.*
Amen.



IN FESTO SANCTÆ
CATHARINÆ.

CONCIO PRIMA.

Simile est Regnum cœlorum decem Virginibus. Textus.
Matth. 25.

Virginitas, & mentis castitas, digna cœ- Thema.
lo virtus est, Virgo qui est, ac castus,
jam Sanctus est, & cœli civis.

Castitas, ac virginitatis integritas, ab Aldhelmo; Pha- Exordium.
rus nominatur cum Lemmate: *Lucet ex alto. Lau-*
danda virginitatis sublimitas, quasi præcelsa Pharus
in edito rupis promontorio posita, splendescit: Verba
sunt citati Aldhelmi lib. de virg. Castitas, & virginitas super om-
nes virtutes promicat, altitudinem cœli inhabitat, sanctitati,
ut fundamento innititur; ut non fallar: Virgo, & castus, indubiè
sanctus est. Audiamus Sacram Scripturam: *O quàm pulchra est* Textus Scrip-
casta generatio cum claritate, immortalis est enim memoria illi- tura.
us, quoniam & apud DEUM nota est, & apud homines. Sap. 4.
Omnis autem ponderatio non est digna continentis anima.
inquit Eccles. cap. 26. *Beati mundo corde, quoniam ipsi De-* Patres.
um videbunt. March. 5. Assentiuntur Patres: *Si in Virgi-*
nalis integritate permanseris, apud Deum ut Angelus, apud ho- Sixtus.
mines ut Deus eris. tradit Sixtus Tertius, Pontifex maximus: Tertius.
lib. de laud. castitatis. *Virginalis integritas, & per piam con-*
tinentiam, ab omni concubitu immunitas, Angelica portio est:
docet S. Augustinus, lib. de laudibus Virginit. *In carne præ-* S. Augustin.

- S. Chrysolog *ter carnem vivere, non terrona vita, sed caelestis est; inquit S. Petrus Chrysologus Serm. 143. Differunt quidem inter se homo pudicus, & Angelus, sed felicitate, non virtute; sola est castitas, quae in hoc mortalitatis loco, & tempore, statum quandam immortalis gloriae representat. scribit S. Bernardus in epistolis. ep. 24. Nulla virtute tam proprie carnales homines in ritualibus Angelis imitatione conversationis equantur, quam merito, & gratia castitatis, per quam adhuc in terra degentes, habent secundum Apostolum municipatum in caelis, quod deperit corruptelâ carnali, habituros sanctos promittitur in futurum, hic jam in carne fragili possidentes. scribit Cassianus lib. 6. cap. 6. Quae major videri potest dignitas, quam castitas, quae non dicam Regibus, ac Dynastis, quod homines tanti estimant, sed illis superis principibus, ac potestatibus nos exaequant. scribit S. Gregorius Nazianzus. hom. in Matth. Quid potius exequar laudem castitatis, castitas Angelos facit, qui non servaverit, Angelus est. Quis negat hanc vitam fluxisse de caelo, quam non facile invenimus in terris, nisi postquam Deus in hac terreni corporis membra descendit. ita S. Ambrosius lib. de Virgin. Castos, & Virgines S. Cyprianus, lib. de Virg. esse dicit: Ornamentum gratiae spiritualis, illustrior portio regis Christi. Quid virginitate suavius? quid pulchrius? quid illustrius? etenim ipsis solis radiis fulgores splendidos emittit, nos verò ab omnibus terrenis rebus avocans, sic afficit, ut sicilem justitiae puris & intentis oculis intueamur. S. Isidorus lib. 2. de summo bono cap. 40. Veniens de Libano, quod interpretatur, candidatio, id est, migrabis de corpore candido, corpore virgineo, coronaberis. Rupertus Abbas in cap. 4. Cantica. Nullus eis locus in caelesti illa Aula clauditur, sed cuncta eorum vinearum mansionum habitacula referantur. scribit S. Hieronymus ad Eustochium cap. 22. Magnum quidem, ut ita dicam, est Virginitas, incorruptibili Deo, ut summatim dicam,*

hominem similem faciens: Ita perorat S. Basilius lib. de vera Virginit. Concludo Exordium cum S. Gregorio Papa lib. ^{S. Gregorius} 5. in lib. Regum cap. 5. *Per meritum incorruptionis, quo à Papa.* terrenis, & carnalibus delectationibus se dividunt, in sempiterna redemptionis gloria sublimantur. Imploratâ S. Spiritus gratia studeamus Conceptibus.

CONCEPTUS I.

Postquam omnipotens Deus vastam terræ molem, solem, ^{Confirmatio.} lunam, & stellas, tot animantia, bestias, flores & fructus produxisset, tandem & hominem creavit, quam hominis creationem sacer textus sic describit: *Et vidit Deus quod esset bonum, & ait: faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Genes. cap. 1. Similitudo Dei dum homo est, & sanctus est, ac innocens. Brevi intervallo iteratò recenset Moyses creationem hominis, ast non amplius dicit hominem esse Dei similitudinem, sed tantum *imaginem* vocat: *Et creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum.* Hic, homo non amplius ad Dei similitudinem creatus dicitur, sed tantum ad *imaginem*, cur hoc? S. Bernardinus mysterium detegit tom. 1. serm. 47. art. 1. cap. 1. *Virginitas in statu innocentie à Deo ordinata est, nempe Virgo Adam, de terra Virgine, pronunciatum creatus.* Adam ergo qua Virgo, non tam *imago*, sed etiam *similitudo* Dei, id est, sanctus, innocens pronunciatum. Uxore Eva addita, prædicatum *similitudinis* Dei omittitur, uxoratus Adam tantum *imago*, Virgo non tantum *imago*, sed & *similitudo* Dei dicitur; in documentum: Virginitas similem facit Deo, sanctum, innocentem. Sic Conceptum hunc subscribit S. Cyprianus lib. de discip. & habitu Virginum: *Respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio Christi.* Et S. Basilius de vera Virginitate: *Magnum quidem, ut verè dicam, est Virginitas, incorruptibili Deo, ut summatim dicam, hominem similem faciens.*

CONCEPTUS II.

S. Joannes Apocalypf. cap. 22. narrat: sibi apparuit Angelum, qui ei mira ostendebat, ac prædicebat; Angelum videns, & audiens Joannes, humili reverentia honorare voluit, quem honorem acceptare renuit Angelus: *Vide nè feceris, cuius enim tuus sum.* Quid quæso Joannem Angelorum consortem effecit? fecit Virginitas, & castitas: ita affirmat Damianus ferm. 1. de Joanne Baptista: *Refugit obsequium ab illo Angelus suscipere, & noluit adoratore, quem noverat æqualem, suum recognovit, socium iudicavit, subjectionis obedientiam non accepit, quia in omnibus sanctis semper est Angelica munditia contubernalis, & cognata Virginitas.* Castitas, inquit S. Ambrosius lib. de virginit. *Angelos facit, qui eam servaverit, Angelus.* Et S. Cyprianus de discip. & habitu Virg. *cum casta perseveraverit Virgines, Angelis Dei estis æquales.* Et S. Bernardus ep. 22. ad Henricum 6. Archiepiscopum: *Quid castitate decorius, quam mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, de vulgum de homine fecit.* Virginitas ergo Joannem, & omnem castum Angelis consocium, similem, & æqualem facit. Alit Angelus Sancti Dei Spiritus, ergo qui Virgo est, qui castus est, sanctus est, ac innocens.

CONCEPTUS III.

Iterum S. Joannes Apocalyp: cap. 14. vidit Agnum Christum cum ingenti turba, summis in deliciis cœli atria obambulantem. *Et vidi, & ecce Agnus stabat super montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia.* Avidè cum S. Joanne circumspicitis, qui sint hi in cœli vertice, Agno Christo proximè adjacentes? & conversantes? dicitur citato capite: *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt:* Virgines sunt, quæ Christo Jesu, Agno cœlesti, proximè adherent, intimè, ac familiarissimè conjuncti sunt: dicit nunc Palmitta

us: *Cum Sancto, Sanctus eris*, quid sanctius Dei filio, Agno immaculato, Christo JESU, huic Sanctissimo, casti, & virgines proximè adstant, virginibus & castis JESUS immediatus est; JESUS est cum castis & virginibus, & hæc cum JESU, ergo qui casti, virgines vivunt, sancti sunt. Audiamus Sanctum Gregorium: lib. 5. in lib. Regum. cap. 5. *Benè in sublimi esse virgines dicuntur, quia quod natura humana supergreditur, in altissimo virtutum culmine situm est, unde, & virgo ille dilectus, Jesu locum virginem insinuans ait: Vidi supra montem Sion Agnum stantem, videlicet in monte quodam esse cum Agno dicantur, quia per meritum incorruptionis, quo à terrenis, & carnalibus delectationibus se dividunt in sempiterna redemptionis gloria sublimantur.*

CONCEPTUS IV.

S. Apostolus Paulus de se inquit: *Nostra conversatio in caelis est.* ad Philipp. 3. Quis est S. Paulus: Virgo est, castus vivit: patet ex epistola primâ ad Corinth. cap. 7. *Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego.* Virginum, castorum ergo conversatio, & habitatio in caelis est; aut qui in caelo conversantur, & morantur Sancti sunt, ergo qui Virgo, qui castus vivit, sanctus est. Virginem & gentiles in caelo collocarunt, & inter sidera caeli numerarunt, in caelo verò quod collocatur, & inter sidera numeratur, sacrum est & sanctum, ergo qui Virgo, & castus vivit, sanctus est. Illud Psalmi 2. dictum: *Apprehendite disciplinam:* S. Hieronymus Apologo ad Ruffum legit: *Adorate puritatem.* Virgo, pura est mente, & corpore, adorare cultum supremum indicat: & testatur Eusebius lib. 4. de Constantino Magno: *Virginum chorum, non tantum non adorabat, id est, post Deum, summo cultu honorabat; aut qui adeo honorantur, sancti sunt, virgo ergo qui est: castè qui vivit, sanctus est.* Præclare S. Ambrosius lib. 1. de Virgin: *Vivendi sibi usum quasivit è caelo, qua sponsam sibi in caelo invenit.*

(Bbb) 2

nit.

nit. Hæc nubes, æra, Angelos, sideraque transgrediens, urbem Dei ipso sinu Patris invenit.

CONCEPTUS V.

Immortalitas præclarum omen est Sanctitatis, & beatitudinis. Sic S. Joannes qualitates cœlestis Jerusalem describens ait: *Mors ultra non erit, sed nequè ullus dolor.* Apoc. 21. S. Athanasius nunc de virginitate inquit: lib de Virg. *Virginitas coronata est, quæ nunquam marcescit, mortem destruens, possidens cœlestem immortalitatem.* & Cassianus lib. 6. cap. 6. de Virginibus perorat: *Quod futuri sumus, vos jam esse cepistis, vos resurrectionis gloriam in hoc saculo jam tenetis, per saculum sine sæculi cogitatione transitis, cum castè perseveratis.* Exemplum habemus Matth. 2. De matribus innocentium narrat Evangelista: *Noluit consolari, eò, quod non sint: Quæstio est: quid non sunt? an non sunt occisi, & interempti filii? an non sunt mortui hi innocentes parvuli? Non sunt; non sunt, inquam, mortui, vivunt, perennant æternum: Audiatur S. Chrysostomus hom. 3. *Noluit consolari, quia non erant mortui, qui mortui reputabantur, consolatio autem rei amisse est, & non audita erat præstanda.* Quid punctiones hos fecit immortales? monstra Joannes Apoc. 14. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt inquinati, Virgines enim sunt.* De S. Joanne Virgine: esse sermo: *Quia discipulus ille non moritur.* Immortalitas donum est innocentiae, ac sanctitatis, hoc donum datum Virginibus etiam ac castis, ergo qui virgo vivit, & castus, sanctus est.*

CONCEPTUS VI.

Beatitudinem æternum duraturam docent Theologi consistere in Visione DEI: ast hæc visio virginibus & castis promittitur:

titur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi DEUM videbunt.*
 Matth. 5. In opere patet Joan. 21. piscabantur Apostoli, quibus
 se Iesus manifestavit: *Cumque illis locutus est. Non tamen*
cognoverunt discipuli quia IESUS est. Solus Joannes intuetur,
 & Iesum agnoscit: *Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat*
Iesus, Petro, Dominus est. Unde hoc, quod solus Joannes videat
 IESUM, & agnoscat? respondet S. Hieronymus lib. 1. contra
 Jovianum: *Solus virgo, virginem agnoscit.* Et Lyranus in
 citatum caput scribit: *Puritas mentis & corporis maxime dispo-*
nit hominem ad cognitionem divinorum, & ideo Joannes, qui
pra ceteris purior erat, tanquam virgo citius aliis cognoscit JE-
SUM. Virgo est, quae omnium primò IESUM intuetur, visione
 Dei beatificatur. Ergò castus qui vivit, sanctus est.

Despondeamus ergò nos virginem castam Christo Salvatori Epilogm.
nostro, ut immarcescibilem coronam gloria, visionis
Dei, & sanctitatis acquiramus.
 Amen.



(Bbb) 3

IN FESTO



IN FESTO SANCTÆ CATHARINÆ.

CONCIO SECUNDA.

Textus. *Simile est Regnum cœlorum decem Virginibus.*
Matth. 25.

Thema. *Virginibus castis, ac mundis corde, specia-*
liter favet Deus.

Exordium.



Xperientia teste, sol ia aurum radios suos injicien-
ditissimè respundet: copiosissimum fulgorem fir-
Academicus inscribit Lemma: *Sol dives in aurum*
Sol radians, illustrans, illuminans, ditans, & beas
est gratia divina; Aurum purissimum est Virginitas,
mentis & corporis castitas & puritas; castis ac puris Virginibus
gratia Dei quàm maximè, ac ditissimè se infundit, ac communi-
cat. *Sol dives in aurum.* Audiamus Sacram Scripturam: *Gra-*
tia super gratiam, mulier sancta, & pudorata. Eccles. c. 16. Et
iterum: *Omnis autem ponderatio, non est digna continentis au-*
rum. Proverb. cap. 22. inquit Salomon: *Qui diligit cordis mu-*
ditiam, habebit amicum Regem. Dabo eis in domo mea, & in
muris meis locum, & nomen melius pra filiis & filiabus, nomen
sempiternum dabo eis, quod non prateribit. Promittit Deus Vir-
ginibus Isaïæ cap. 56. Audiamus Patres: *Quanta est virgini-*
tatis gratia, qua meruit à Christo eligi, ut esset corporale De-
templum, in quâ corporaliter habitavit plenitudo divinitatis,
Virgo genuit mundi Salvatorem, Virgo peperit vitam univers-

Textus Sacrae
Scripturae.

Textus Sacrae
Scripturae.

SS. Patres.

rum. scribit S. Ambrosius lib. de officiis. Et iterum lib. 1. de vera Virg. *Virginitas nubes, aëra, Angelos, sideraque transgrediens, verbum Dei in ipso sinu Patris invenit, & toto hausit pectore. Virginitas acquirit de castitatis virtute divinam familiaritatem in statu vie, unde familiarius diligebat JESUS beatum Joannem, in cuius sinu recubuit.* scribit S. Thomas Aquinas in Apocalyps. cap. 14. *Virgines Virginem sequuntur magis delectabiles, & jucundi Deo, quam ceteri Sancti, ac proinde primitiarum nomine à Spiritu Sancto appellantur, cum quod sicut primitiæ fructuam delectabiliores sunt. ita Hugo Cardin. in cap. 14. Apoc. Hinc S. Paschasius lib. 1. in Psal. 44. ad Virgines inquit: Vos estis, quæ secundum nobilitatem generis, flores estis Ecclesia, quæ virore pudicitie, & splendore castæ dilectionis, sponso ferta compositis. Continentia, hominem Deo proximum facit, & ubi ista manet, ibi Deus manet.* habet S. Isidorus lib. 1. syn. cap. 1. Et Sanctus Paulinus epistola 25. scribit: *Anima quanto mundior corde, tanto capaciôr Christo est.* Et Theophilactus in cap. 5. S. Matthæi: *Sicut speculum, si fuerit mundum, recipit imagines, ita & anima pura faciem Dei. Castitas hominem celo jungit, castitas hominem pertrahit ad Regnum, castis regnum caelorum promittitur, casti hereditatem cæli expetunt;* iterum S. Isidorus in Bibliotheca Mansi tract. 14. disc. 7. *Virginitas præparat animam ad videndum in presenti JESUM Sponsum per fidem, & in futuro per gloriam sempiternam.* inquit S. Bernardus in Psalm. 44. *Virginitas curvus igneus est, sursum ferens quem vehit.* loquitur Petrus Blefensis Serm. in Festo omnium Sanctorum. *Pudicitia omnium bonorum mater est.* scribit Sixtus Tertius lib. de Castit. *Pudicitia flos mortuum, honor corporum, decor senum, fundamentum est sanctitatis.* Verba sunt Tertulliani lib. de pudicitia. cap. 1. *Virginitas est soror Angelorum, Regina virtutum, possessio bonorum impium.* docet S. Cyprianus de Virg. *Castitas ornamentum est nobi-*

S. Thomas
Aquinas.Hugo Car-
dinal.

S. Paschasius.

S. Isidorus.

S. Paulinus.

Theophilact.

S. Bernardus

Blefensis.

Sixtus, III.

Tertullianus.

S. Cyprianus

- nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, solamen merentium, augmentum pulchritudinis, decus sanctæ nostræ religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, Dei amica &c. cunctorum bonorum gaudium & salumen.* ita prædicat S. Augustinus Serm. ad fratres in eremo.
- pretiosa est puritas in cogitatione recta, hanc si amaveris, domino glorificaberis, & in omnibus prosperaberis.* Implorata S. Spiritus gratiâ, desuper Conceptus pandam.

CONCEPTUS I.

Confirmatio. Christus per Parabolam narrat Matth. 13. *Exiit qui seminavit seminare semen: Hoc semen diversimodè fructificavit, dabat fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.* Semen esse verbum Dei ipse Christus interpretatus est, at quæ illa terra bona, ac specialiter à Deo benedicta, quæ tam divites, largos, & copiosos fructus adfert? S. Hieronymus, & Glossa ordinaria in hunc locum, per terram illam benedictam intelligunt Virginitatem, mentis & corporis castitatem, audiatur Sanctus: *Trigesimum, sexagesimum reddunt viduas, & cælibes, centesimum virgines, fructum centesimum virginum deputamus.* Item Glossa habet: *Triginta referuntur ad mortuas, sexaginta ad viduas, centum, qui numerus jam est in altera, ad Virginitatem.* Virginitas ergo ager est fertilissimus, qui fructus favorum DEI adfert in centuplo. Patet Apocalypsi. cap. 14.

CONCEPTUS II.

Videbat Joannes magnam turmam centum quadraginta quatuor millium cum Agno mansuetissimo Christo Dei filio se per eminentem montem consistere, canticum, quod nemo alius poterat decantasse, simulque cum Agno secretissima cœli

clavia, ac omnes mansiones perambulasse: *Et vidi, & ecce Agnus stabat super montem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen patris ejus: scriptum in frontibus suis, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia. &c. Hi sequuntur Agnum quocunque ierit. Qui hi sint, indicat Joannes: Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt.* Virgines fructus copiosissimos reportant, altiori in loco cum Agno Dei filio collocatae, triumphant, supra montem, eminentissimae consistunt, primae immediatae, proximae, ac continuae sunt ad latus JESU, centesimum fructum felicitatum, & prerogativarum habent, quod alii non possunt Sancti, apud DEUM possunt virgines: *Et nemo poterat dicere canticum nisi illa 144. millia.* Desuper Richardus à S. Victore: *Quod nullus eorum meritis coequari possit, luculenter ostendit, cum subjungit: & nemo poterat dicere canticum &c. quia nemo alius potest ad meritum illarum pervenire.* Liberrimè Sanctorum gradus, & ordines obambulant, *sequuntur Agnum quocunque ierit*, est in caelesti Hierarchia quaedam ordinatio, ac mansionum distributio, juxta Sanctorum merita diversa, ut unus altero, altiori in loco, & ordine constitutus, resideat, & gaudeat, *in domo Patris mei mansiones multa sunt: Joan. 14. & 1. ad Corinth. 15. cap. Stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum.* In unâ mansione sunt Apostoli, in aliâ martyres, in aliâ confessores; virginibus certa & particularis mansio non assignatur, omnes beatorum mansiones cum Christo obambulant, omnium Sanctorum gloriâ, & felicitate recreantur; si caelum hortus est, in hoc horto in medio sunt Virgines, ac fruuntur gratiosis hyacinthis Prophetarum, myrrhâ Apostolorum, rosis Martyrum, violis Confessorum. *Sequuntur Agnum quocunque ierit. His verbis, inquit Ansbertus, veraciter intelligere possumus in illo regno beatitudinis eminentiores existere Virgines Christi, & quid mirum, si in caelestibus regnis sunt eminentiores, atque clariores; qui in hac vitâ sunt mundiores.* Concludit Conceptum hunc S. Hieronymus lib. de laud. Virg. *Sequuntur Agnum quocun-*
 Pars II. (Ccc) que

que ierit, quia nullus eis locus in cœli curia clauditur, & nullis eis divinarum mansionum habitacula referantur.

CONCEPTUS III.

Christus de Virginitate, & castitate differebat Matthei cap. 19. *Sunt Eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt. Hoc tunc: Tunc oblatis sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & videret, discipuli autem increpabant eos, JESUS autem ait eis: Nolite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim Regnum cœlorum:* S. Ambrosius lib. de Virg. per parvulos, & parvulos, intelligit castos, & Virgines: *Talium*, dicit nunc Christus, castorum inquam, ac Virginum est regnum cœlorum. Utique, & pauperum in spiritu, item humilium, patientium adversa mundi, ferventium in labore DEI, ac quavis titulo virtuosorum, ac proborum, erit Regnum cœlorum, his favet Deus, ac gratiis suis ditat, ac felicitat, ergo rectè ad castos, & Virgines Christus signatè dicit, *Talium* est Regnum cœlorum. An cœlorum Regnum, magnum DEI favor, & gratia: plus, & magis castorum, ac Virginum erit, quàm reliquorum Sanctorum? Sic subscribit Richardus S. Victore in cap. 14. Apocalypf. *Nullus eorum meritù coequari potest, nemo alius potest ad meritum illorum pertingere.* Et S. Ambrosius habet lib. 3. de Virg. *Offeruntur pueri ad benedicendum, quia corruptela expertes, integritatis munus immaculatâ aetate servarent, talium est enim regnum cœlorum, qui in puerilem castimoniam tanquam in naturam infantium corruptela ignoratione remeaverint.*

CONCEPTUS IV.

Sapientia de pudicitia honestate differens, castimoniam & virginalem mundiciam viti comparat: *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & fructus mei, fructus honoris & honestatis.* Eccles. 24. Cur non potius odorifero Lilio castitatem comparat, hoc enim candidum, & odorem late spirans, signat albam castimoniam innocentiam: cur lilio intermisso, virginitatis florem viti comparat? vitis non tam suavissime, & copiosissime olet, sed etiam aliis plantis altius crescit, & assurgit: magnam in altitudinem excrescit cedrus, palma, & alia arbores, aut in proceritate certum habent terminum, ut dici possit in tantum, & non altius crescit cedrus, crescit palma, aut vitis in altitudine & proceritate, terminum, ac certam mensuram non habet, ut dici possit, tam alte, & non altius crescit vitis: Vitis quod altior est baculus, cui alligatur, eo altior crescit, inter omnes plantas altissime assurgit; habeant nunc cetera virtutes, ut humilitas, patientia, charitas, &c. certum gradum, ac mensuram, in quo gradu Deus remuneratur humiles, patientes, charitativos; virginitas & castitas determinatum meritorum gradum non habet, altissime crescit, & assurgit in favore, & gratia Dei, super omnes sanctas virtutes exaltata, specialibus favoribus fruitur. Paucis subscripsit discursum hunc S. Gregorius Nazianz: in preceptis ad Virgines: *Virginitas in caelum rep-
rat.*

CONCEPTUS V.

Tres pueri Hebraei jussu Regis Nabuchodonosoris in ardentem rogam injecti sunt. Danielis cap. 3. cubitis 49. flamma in altum eruperat, Sidrach, Misach, & Abdenago illaesis ac intactis; quae fama dum ad Regem delata esset, volens & ipse videre miraculum, ad fornacem devectus, in eam inspicit, & non jam tres, sed eorum quatuor conspicit: *Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptio-
nis in*

(Ccc) 2

na in

nis in eis est. Dan. 3. Quis ille quartus est, quem vidit Rex in camino ignis ardentis. Respondet Nabuchodonosor: *Et fratres quarti similis filio DEI.* Quod filius Dei se tribus pueris in fornace associet, & cum illis moretur, certò magnus favor, & gratia est, unde hi tres adolescentes tantum favorem, & gratiam meruerunt? meritum est virginitas, mentis & corporis castitas. *Virginitas vitam nostram de corruptione, ad sanctitatis gloriam colligit.* Inquit S. Basilius lib. de vera Virg. & Aponius in Bibliotheca veterum Patrum, tomo 4. *Tres pueri hebraei castitatis dilectione missi sunt inter Babylonicas flammās, in eis medio ardente fornace quasi inter lilia Dominus pascitur eò, quod semper requiescat in cordibus diligentium castitatem.*

CONCEPTUS VI.

Extraordinarias gratias, & favores à larga Dei manu perceptus est Joseph Ægypti factus Prorex; in servum venditus Patrono, & domino domus, non ut sclavus, sed ut filius est habitus: *Invenit Joseph gratiam coram Domino.* Genes. 39. *Omnia mihi tradita, ignorat quid habeat in domo sua, quod in mea non sit potestate.* Injuria Dominæ, & uxoris Putipharis innocens Joseph in carcerem mittitur, & hic miro fruitur favore, prefectus carceris additus Joseph, eum habet suaviter: *Dedit ei Dominus gratiam in conspectu Principis carceris, qui tradidit in manu illius omnes vinctos.* Imò ipse DEUS cum Joseph descendit in carcerem: *Descenditque cum illo in foras, & in vinculis non dereliquit eum.* Sap. 10. A Rege Pharaone habetur clementissimè: *Uno tantum Regni subo procedam:* tantos DEI favores meruit Joseph castè & Virginitate vivendo: *Relicto in manibus ejus pallio, fugit.* Audite

cur S. Cyprianus lib. de pudic. *Pudicus juvenis, qui delicto conscientiam non miscuit, in imum carcerem traditur, sed sola nos est cum carcere pudicitia, nam est cum Joseph DEUS.*
Eleganter S. Zeno de pudic. *Rex jure secundus factus est regni, qui insignis Rex erat ante pudoris.* Castis, pudicis, virginibus specialiter favet Deus.

CONCEPTUS VII.

Ad januam Sponsi pulsant Virgines, Matth. 25. *Domine, Domine aperi nobis.* Quid ter mitis Dominus? famulantium caterva stipatus erat, per ministrum, aut servum suum responderit Virginibus? minimè; ipsemet in augustissima Personâ januam adit, atque responsum promittit: cur ipsemet respondet? *ob reverentiam virginum*; inquit Theodoretus in Cantica, tantum respicit Christus, castos & Virgines, ut non per Angelum, sed ipsemet in personâ eos foveat, colat, tueatur. O favor! ô magna gratia!

CONCEPTUS VIII.

Opus incarnationis infinitus est favor, opus conversationis JESU super terram inexplicabilis est gratia: Opus mortis & redemptionis in cruce, index est amoris immensi. Qui nunc sunt illi, qui Salvatorem in mundum natum primò intuiti sunt? qui sunt illi, cum quibus Christus in terris vel maximè conversatus est? qui sunt illi, quos morti suæ ac cruci proximos adstantes, quasi amoris sui testes, adhibere placuit? Virgines sunt: Maria Virgo, & castissimus Josephus, primi sunt, qui JESUM vident incarnatum, Maria Virgo, castissimus Josephus electi sunt vitæ comites, cum quibus JESUS vel plurimum conversatus est: Maria Virgo: Virgo Joannes sunt illi. ter beati,
(Ccc) 3. qui

qui morienti JESU proximè adstiterunt. De Virgine nasci-
luit, à Virginibus primò conspici placuit, cum Virginibus plu-
rimùm sermocinatio ejus, medius inter Virgines Mariam & Jo-
annem mori elegit; indè capiat mundus quantò favore, amo-
re, & gratiarum copiâ, Christus JESUS Virgines ac castos pro-
sequatur, ditet, ac amplifcet: ita concludit Franciscus Seraphi-
cus opusc. 8. tomo 3. colloq. 23. *Ut Filius DEI ostenderit
diligere castitatem, de Virgine nasci voluit &c. virginitatem
consuluit, & servavit, inter Virgines ex hâc vitâ migrare.*

Epilogus.

Hortor ergò cum S. Ephrem tomo 2. ad fratres
*honore & pretio virginitatem habe, & te in
caelestem thalamum introducet.*
Amen.





IN FESTO SANCTÆ CATHARINÆ.

CONCIO TERTIA.

Ornaverunt lampades suas. Matth. 25.

Mulier compta, sibi, & aliis est exitium.

Textus.

Thema.

Ertanus Abbas in umbroso nemoris umbilico, retia avibus decipiendis tensa, depinxit, cum lemmate: *Vincula latent.* Ornatus foemineus, vestes superbæ, crispata crines, picta facies, vincula sunt, quibus humana corda irretiuntur, vinculantur, implicantur ad lapsum, in peccatum, ac animæ interitum. Audiamus Dei verbum: *Propter speciem mulieris, multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis inardescit.* Eccles. cap. 9. Percipiamus Patres & Scriptores: *Vestitus insignis, ac mollis, superbiæ vexillum est, nidusque luxuria.* scribit Suetonius in vita Cæsaris. *Semper pulchritudinem vestium, duo pericula comitantur, superbia, & luxuria.* habet S. Antoninus part. 3. tractatu 18. tit. 18. *Sub mollibus, delicatis, ac pretiosis vestibus, mulier fortis esse non potest.* scribit Zeno in cap. 12. Apocalypf. Et S. Bernardinus Fer. 4. post Dom. 5. Quadr. parte 2. *Mulier cum habitu vano, ac meretricio capit animas, quas Christus redemit cum suo sanguine pretioso.* Et Serm. 46. c. 3. habet: *Nocent enim hæ mulieres sic comptæ per vanitates suas aliis, ita ut si una sola mulier in quâdam civitate sit vana, omnes per illam trahantur ad immoderantiam vanitatum.* Et Fernandez sect. 6. in cap. 36. Genes. tradit: *Scandalum præbent, hoc est, offendiculum*

Exordium.

Patres.

Suetonius.

S. Antonin.

Zeno.

S. Bernardin.

Fernandez.

- diculum ad ruinam spiritus, mulieres illæ, quæ se curiosas vant, comunt, colorant, atque huiusmodi lascivie, vanitatisque simulachra virorum animis, & oculis obijciunt, ut pulchra crebrentur, & amentur. Omnes pompa in publicum preferuntur, aut ut luxuria negotietur, aut gloria insoleat. docet Tertulianus de cultu fœmin. Mulier suo ornatu oculos hominum a se trahens, & si nullum sequatur damnum, supplicium tamen æternum meretur, quia venenum attulit, si fuisset, qui biberet.
- Tertulianus.* scribit S. Hieronymus ep. ad Demetri. Conformiter S. Cyprianus lib. de discip. & habitu Virg. Cæterum si tute sumptuosius comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te venutis illicias, suspiria adolescentium post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, suspirandi fomenta succendas, quid eris de te, quæ tantorum malorum es causa. Ornamentorum, & profestium insignia, & lenocinia fucorum, non nisi prostibiles, & in pudicis fœminis conveniunt. inquit Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 6. Quid est speciosa mulier? interrogat S. Chrysostomus super Psalm. 50. & respondet: Sepulchrum dealbatum, precipitium patens, venenum insipientibus compositum. De carbonibus scintille diffiliant, de ferro rubigo nutritur, de vestimentis procedit tineæ; de muliere peccati aculem, sibi concupiscentia, fomes pestilentie. docet S. Cyprianus lib. de leg. Cleric. Finio cum S. Isidoro Pelusiota lib. 2. epistola 255.
- S. Hieronymus.* Mulier ornandi corporis nimis studiosa, atque ob eam causam fororum se conferens, aut per fenestram prospiciens, ut juvenentur ritet, etiamsi conatu suo excidat, tamen perinde ac si cor irritivisset condemnatur. Id enim omne, quod in ipsius peccata erat, effecit, ut quæ venenum miscuerit, & retia expandere. Invocatâ S. Spiritus ope, desuper Conceptus audiamus.
- S. Cyprianus.*
- Clemens Alex.*
- S. Chrysost.*
- Isidorus Pelusiota.*

CONCEPTUS I.

S. Petrus Chryfologus Serm. 127. mulierem, quæ homini ^{Confirmatio.}
 in adiutorium efformata est, in sagittam conversam esse descri-
 bit: *Hac est mulieris antiqua malitia, qua Adam ejecit de para-
 diso delictis, hac cælestes homines fecit esse terrenos, hac huma-
 num genus misit in infernum, hac vitam abstulit mundo prop-
 ter unius arboris pomum.* In vulnerantem ac sauciantem sagit-
 tam convertitur mulier, maximè dum se superbè comit, vestit,
 & ornat, personæ suæ fucorum adulationes, & ornatus splendo-
 rem si addiderit fœmina, periculosum jam in propriam, & alio-
 rum pudicitiam bellum gerit. Probam incipio à prima fœmi-
 na Eva; familiaris agens cum serpente seducitur, adhuc tamen
 post serpentis alloquium nitet virginitatis gloriâ decoratâ, ad-
 huc virgo existit: Paulò tamen post virginitatem resignavit, &
 de virgine in mulierem, & matrem transiit, quo medio? quo
 opere? qua actione Adam & Eva eò devenerunt, ut nobili vir-
 ginitati renunciantes, in carnales concupiscentias consenserint,
 ac veneri indulserint? sacer textus, medium, opus, & actionem
 specificare videtur Genes. cap. 3. *Consuerunt folia ficus, & fece-
 runt sibi perizomata.* Ornatè vestierunt corpora sua, ex post pe-
 rizomata artificiosè intexta, post vestitum ornatum, Eva ab Adam
 refertur cognita: *Adam cognovit uxorem suam Evam.* Genes.
 cap. 4. Ecce ab exordio ornatus muliebris noscitur Virginitati
 insidiosus; Eva etsi antea decora, tamen ante cultum, & orna-
 tum corporis, virginitatis gloriam non amisit, quam perdidit
 culta, & perizomate ornata; non fallar dicendo: quotiescunque
 mulieres ad instar floridis, & frondescentis ficus, amplis, & di-
 versicoloris vestimentis, vanè ornatae, & induta videri in publi-
 co comparent, faciunt, ut sibi periculum adstruant, impudicæ
 & inhonestæ, luxuriosæ judicentur, alios verò in concupiscen-
 tiam trahant, ac perducant. Opportunè Tertullianus de cul-
 tu fœm. cap. 7. *Erga vestitum quoque, & reliqua compositionis
 vestrae impedimenta, proinde vobis curanda est amputatio, &
 recussio redundantioris nitoris. Hæ pompa, quam de proximo
 Pars II. (Ddd) curent*

surent luxuria negotium, & obstrepent pudicitia disciplina. agnoscere in facili est, quod gratiam decoris, cultus societate constituant.

CONCEPTUS II.

Pavo, mulieris superbæ ornatae ac comptæ Symbolum est. Innocentius Papa de utilit. condit. humanæ inscripsit superbæ ornatae sceminae symbolum: *Pulchra foris, intus spurcicia*: Columella de re rustica, de pavone docet, Pavo dum caudam suam dilatat & erigit, sicque comptus, ornatus progreditur, se à libidine stimulari indicat: verba Columellæ sic sonant: *Signa sunt exstimulatae libidinis, cum semetipsum veluti mirantem contra gemmantibus pennis protegit.* Idque cum facit rotare dicitur. Idem est dicendum de superbè ac vanè comptâ, & indurata mina, quæ sicut pavo in vestitu precioso, diversi coloris, atque gemmisquæ rigido in publico superbire videtur, nimirum non se castam, sed spurcam, & libidinofam. Talis namquæ vanitas signum est *exstimulatae libidinis.*

CONCEPTUS III.

Narrat Sacra Scriptura Genes. 38. Patriarcha Judas *ascendebat ad tonsores ovium suarum, ipse & Hiras opilio gregis circumdabit in Thanas. Nunciatumque est Thamar, quod soxor illius ascenderet in Thanas, ad tondendas oves.* Thamar ergo praecipue currit Judam, ac in bivio confedit, inibi transeuntem Judam expectans, quam mulierem Judas prostitutam existimans, cum ea peccavit. *Quam cum vidisset Judas, suspicatus est esse meretricem. Et ingrediensque ad eam, ait: dimitte me, ut videam tecum.* Quid Judæ tam malam suspensionem, Thamar meretricem esse putans, dictavit? quid in corde Judæ erga Thamar libidinem, & venerem provocavit? dictavit esse Thamar meretricem, vanus ejus vestitus: superbus sceminae cultus, & induratus corporis ornatus, libidinem ac venerem accendit; ita sceminae

tura: Thamar, depositis Viduatris vestibus, assumpsit teristrum, & mutato habitu, sedit in bivio. Optimè quadrat in locum hunc scriptum Bernardini tomo. 1. Serm. 44. art. 1. cap. 3. Plerique hominum existimant, de signis signeta, de circulo tabernam, & de signo furis estimant furcm, meretricius habitus, signum est meretricii actus, sicut habitus monialis, monialem ostendit.

CONCEPTUS IV.

Christus Dominus noster præcursorem suum Joannem Baptistam dignè collaudans, incidenter quoque de iis loquebatur, qui delicatè ac preciosè exterius vestiuntur: & dicit: *Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.* Matth. cap. 11. Quid quæso æterna sapientia indicare voluit dicendo: pretiosè ac superbè vestitos, esse, & morari in domibus Regum? & quid per illos Reges intelligendum est? Per Reges, S. Paulus ad Ephes. cap. 6. intelligit dæmones ac principes tenebrarum: ita textus: *Principes, & potestates, & rectores tenebrarum harum.* Ut idem significet dictum Christi: *Qui mollibus vestiuntur in domibus Regum, id est, demonum sunt.* Ita concludit S. Vincentius Ferrerius: Serm. 5. Dom. 3. Adventus: *Qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt, id est, in habitationibus demonum.* Quasi sicut ii, qui in domibus Regum morantur, ordinariè sunt Regum vel servi, vel ministri; ita vel maximè scemina, quæ superbè vestiuntur, vanè se pingunt, fingunt, ac ornant, verè dæmonum sunt servæ, ac ministræ ad animas decipiendas, in obscœnum amorem, ac scœdam libidinem, & animæ ruinam inducendas. Hinc capio dictum S. Vincentii Ferrerii, Serm. de Sancto Simeone.

CONCEPTUS V.

Ad sceminas vanè vestitas, comptas, & ornatas, ita inquit citatus Sanctus: *Quando oratus, Christus abscondit faciem suam à vobis, quia habetis faciem diaboli.* Quomodo hoc?

Ddd 2

hoc?

hoc? Diabolus tam turpis, ac horribilis dicitur, ut talis videntur, homo emori possit; hinc inter damnatorum penam tam deformem larvam inspicere, crudele tormentum est: contra mulieres se pingendo, fingendo, ornando, quæ aliter turpes sunt, pulchræ, & amabiles videntur, quomodo ergo mulier se vanè vestiendo, facies, & larva diaboli, dici potest? respondeo: eventus docet, quando dæmon homines decipere, in lapsum & ruinam inducere parat, Angeli vultum fingit, & præsentat: teste Apostolo: 2. ad Corinth. 11. *enim Sathanas transfiguratur se in Angelum lucis.* Atque fœminæ alioquin turpes, se vestiendo, pingendo, ac ornando, se pulchras reddunt, in quam vanitatem, & diabolice ementitam pulchritudinem, ac formam inescati juvenes subtiliter decipiuntur, in lapsum, & animæ ruinam, in peccata & scelera pertrahuntur, cum ergo pari dolo, ut dæmones, se ornando, mulieres decipiant, in perditionem eas pertrahant, meritò facies earum facies dæmonis, larva damnata intitulatur, æternis ignibus cremanda, & vituperanda: ad has concionatur S. Hieronymus ep. ad Lætan. *Vide nè capillum irrifices, & ei aliquid de gehenna ignis auspiceris.*

CONCEPTUS VI.

S. Joannes Apocalypf. cap. 12. describit se vidisse signum magnum, grande miraculum: *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, luna sub pedibus ejus, in capite ejus corona stellarum duodecim, & in utero habens clamabat parturiens, notare libeat, in cælo hæc mulier locata erat, orationi instabat, cœlesti fructu, ac gratia locata erat; hinc mirum; signum magnum: Ecce Draco magnus rufus, habens Capiva septem, & cornua decem, & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut, cum peperisset, filium devoraret.* Quid adhas cruenta bestia mulier, quam vides, in cælo est, ecce orationi, & gemitibus

ad DEUM operam navat, fructum quem parit, gratia est, quid ergo aditas? an adhuc talem in cœlo locatam sceminam mulierem orantem, gratiæ fructu divitem, in prædam tuam speras, & auspicas? sic patet ex textu: *adstat &c. ut decoraret*; quid Draconi animum addidit, ut speret, hanc etsi inter sidera locatam sceminam prædam suam fieri, ac ruinam pati posse? animum dedit, spem trahit, quia mulierem hanc vidit *amicam*, splendide, ac mirè ornatam: *Mulier amicta sole: Quam serpens intuitus est eximie cultam, sibi persuasit vincendam, ut quasi idem sit ornatus exuere modestiam, & prostituere honorabilem pudicitiam, aut certè opinionis gloriam.* Perorat doctissimus Naxera comment. in Judices: cap. 21. §. 39.

CONCEPTUS VII.

Fatetur de se Judith cap. 13. *vixit autem ipse dominus, quoniam custodivit me Angelus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem, nec permisit me Dominus ancillam suam coinquinari.* Quod optimus Deus Angelos miserit, qui Judith ad castra Assyriorum euntem, & ibi commorantem custodirent, causam in promptu habeo, Assyrii, gentiles & Barbari erant, in libidinem, ac venerem profusi; misericordissimè ergo Deus Judithæ Angelos custodes addit, quorum opere, ac defensione illæsa, ac intacta permaneret fragillis scemina. Ast quæ ratio motiva subest, quod ex castris barbarorum abeunti, ac discedenti, jam in salvo consistenti Judith, nihilominus Angeli custodes eam defendentes, & adjacentes affocientur? cur abeuntem, jamjam obtruncato Duce Holoferne, extra periculum, nihilominus Angeli, ut custodiant, comitantur? Audire libeat, quid de Juditha sacer narret textus: *Unxit se myro optimo, & discriminavit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis jucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque*
 (Ddd) 3. *dextra*

dextraliola, & lilia, & in aures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornavit se. cap. 10. Hunc ornatum nondum deposuerat Judith dum rediit; quamdiu ornata, compta, & sic splendide vestita fuit Judith, ab Angelis custoditur, quasi quamdiu speciosè ornata, minimè à lapsu secura sit, in periculo consistat seduci, aut seducere. Hic Conceptus est doctissimi Nazarræ ut supra citati: sequè concludentis: Quia nondum ornata exuerat insidias, & ideo oportebat, ad Castitatis opinionem, Angelorum prestitisse etiam redeunti suppetias.

Epilogus.

Hortor ergo cum Eccles. cap. 1. *Averte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia, quasi ignis exardescit. Finio cum S. Hieronymo ep. ad Latam: Cave ne aures perfores, ne cerussâ, & purpurissò ora depingas, ne collum auro, aut margaritis premas, ne caput gemmis oneres, ne capillum irrifices, & es aliquid, de gehennæ ignibus auspiceris.*

Amen.



IN FESTO SANCTI
ANDREÆ.

CONCIO PRIMA.

Mittentes rete in mare: Marci cap. 4.

Labor honestus, felicem reddit.

Textus.

Thema.

Exordium.

Discantes, & laborantes fratres, Simonem & Andream intuetur Christus, & ocyus ad Apostolatam eos vocat, summè beat, & felicitat: doctrinam indè capimus hanc: Illi, qui in suâ vocatione, sedulo ac timoratè, bona conscientia laborant, operi suo incumbunt, gratiofo vultu respiciuntur à DEO, felices, & beati redduntur: pulchro symbolo veritatem expressit Joannes Mazzalenus: hic, furno limpidiſſimas guttas exsudanti epigraphen subscripsit: *Sudor, it, in precium*: Sic honesti sudores, & labores maximo felicitatum, gloriæ ac honorum precio, compensantur. Audiamus desuper Scripturam: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit*: canit David Psalmo 127. *Anima laborantium impinguabitur*. Inquit Salomon prov. 13. & iterum cap. 10. *Manus fortium divitias parat*; & cap. 12. *Manus fortium dominabitur*. & Sapientiæ 3. habet: *Bonorum laborum gloriosus est fructus*. & cap. 10. *Honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius*. Audiamus Patres: *Homo ad laborem nascitur, & avis ad volatum, quia inde mens ad summa volat, unde caro in infirmis diutius laborat*. scribit S. Gregorius lib. 7. Morallium cap. 6. & alibi in moralibus: *Sancti viri quot labores nunc veritati commendantes exhibent, tot jam remunerationis sue pignora, intra spei suæ cubiculum clausa tenent. Labor carnalis, spiritus contritioni*
conjun-

Textus Sacre
Scripturae.

Patres.

S. Gregorius

conjun-

*conjunctus, acceptissimum Deo sacrificium, dignumque sancti-
tatis habitaculum, puris mundisque recessibus exhibebit. tradit*
 Cassianus, lib. 5. instit. cap. 1. *Agnoscant homines, quod qui
in laboribus hominum non sunt, visitari ab Angelis non me-
rentur. Agnoscant, quàm placeat superis civibus labor, cu-
jus spiritualis intentio est. erudit S. Bernardus Serm. 3. in
Nativit. & Serm. de S. Victore habet: Labor gradus est ad
gloriam, labor mater est gloria. Conformiter Æschylus: Glo-
ria laboris est filia. præclare Erasmus in similitud. Sicut rosa
flos gratissimus de spinis nascitur, sic è tristibus & asperis, fru-
ctus laboris jucundissimus capitur. Eleganter S. Cyprianus lib.
de abusib: Sicut fructus non invenitur in arbore, in qua flos
prius non apparuit, sic in senectute fructus colligere non poterit,
qui prius eosdem in juventute per laborem non comparaverunt.
Concludit quàm optimè Philo de sacrificio Abelis: Sicut à cibo
dependet tota vita cum actibus, ita à labore pendet, quidquid in
rebus bonum est; sicut enim cibus se habet ad vitam, sic labor
ad honestatem. Imploratâ S. Spiritus gratia desuper Concep-
tus dabo.*

CONCEPTUS I.

Confirmatio. Sedulus ille paterfamilias, iis, qui toto die laborârunt in
ipius vinea, jussit dare grossum cum addito: *Tolle quod tuum
est. Matth. 20.* Jussit & dari illis, qui una hora tantum laborârunt,
unum grossum: *acceperunt & ipsi singulos denarios: ast non ad-
dit, tolle quod tuum est; cur hoc? Illi, qui vix inspexerunt in Vi-
neam, acceperunt grossum, sed non tam ex merito, & jure,
quàm ex dono, & liberalitate Domini honorarium acceperunt:
hinc non dicit grossum illum, ipsorum esse, facile enim, & leviter
iterum deperditur, quod levi negotio acquiritur: Leicht gewonnen
bald zerrunen / dicit autem grossum esse suum; proprium inquam
quem sedulo totius diei labore & industria lucrati sunt, ad in-
dicandum: Solum illud proprium, & jure alicujus esse, non tam
quod*

quod dono, inventione, non dicam fraudibus aliquis accipit, sed quod industria, honesto labore acquisivit, ac lucratus est. Sapientissimus Salomon hoc indicare voluit, Proverbiorum cap. 6. inquitens:

CONCEPTUS II.

Si impiger fueris, veniet ut fons messis tibi: quid indicare vult Salomon quod dicat: *veniet ut fons messis tibi?* in praxi experientia docet: fons ad guttam vix exhauriri potest, aquæ hauriatur quantumcunque quis volet ex fonte, semper aliquid aquæ in fonte remanebit: dicere ergo vult Salomon per verba allegata: *si impiger fueris, veniet ut fons messis tibi:* honesto labore, ac industria acquisita, & lucrata, Deus largissime benedicit, auget, & multiplicat, clementissime tuetur & conservat, ne incendio, furto, & infortunio depereant, sed semper de lucris honesti laboris residuum, stabiliter remaneat. Paulus expertus fatetur.

CONCEPTUS III.

Ad Romanos cap. 15. scribit: *Gratia ejus in me vacua non fuit:* gratia Dei, fons inexhaustus est, ubi hic fons est, gratia Dei inquam, necesse est & semper sit quid superfluum ac residuum, stabilis, & permanens prosperitas abundantia, & benedictio: dicat nunc Paulus, unde hujus fontis, divinæ gratiæ, benedictionis singularis, abundantia, & prosperitatis, scaturigo promanat? dicit S. Paulus citato cap. *Abundantius omnibus laboravi.* Labor honestus, ac sedulus substantiam auget, & conservat, beat & felicitat.

CONCEPTUS IV.

Jacob Genesis cap. 24. dedit filio suo Josepho partem extra fratres: *Do tibi partem unam extra fratres tuos:* *Extra:* id est; partem extraordinariam, partem optimam, partem summe proficuum, stabilem & permanentem: quæ est ista pars extra-ordinaria.

Pars II.

(E e e)

ordina-

ordinaria? num fors auri portio, à majoribus hæreditate, & dote
tione acquisita? aut fortuna duce inventa? minimè; aliter hæc
partem extraordinariam describit Jacob: *Do tibi partem unam
extra fratres tuos, quam ruli de manu Amorrhæi in gladio, &
arcu meo.* Genes. 28. In gladio & arcu acquisita, sunt acquisita
summo labore, vitæ & corporis proflitute, ac periculo, & hæc
summo labore, cura, angore, sudore, acquisitam partem, Jacob
dicit & nominat: partem extra fratres, *extra*, id est, extraordi-
nariam, benedictam, stabilem, permanentem: labor industrius ergo
beat, & felicitat, labore honesto acquisita perennant.

CONCEPTUS V.

Ovis illa perdita, plus quàm 99. æstimatur: Dico vobis,
*quod ita gaudium erit in cælo super uno peccatore penitentiam
agente, quàm super nonaginta novem justis, qui non indigent
penitentiâ:* Luca. 15. Cur ovis errabunda super 99. æstimatur?
an fors ob sedulum laborem, & sudorem in quærenda hac errabun-
da impensum: longo itinere, cura, & anxietate super hanc ovem
vix non consumitur bonus Pastor, fessus ac languens ulteriori non
parcit labori, inventam in humeros imponit, ac ad ovile deportat.
*Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos, gaudens, &
veniens domum convocat amicos, & vicinos dicens illis: congratu-
lmini mihi, quia inveni ovem meam, que perierat.* Pluris ergo
æstimatur ovis labore reducta 99. discamus; sudore, & labore
honesto parta, acquisita, maximè valent, profunt, conductum
stabiliter permanent.

CONCEPTUS VI.

Legem tulit Deus Levitici cap. 12. Mulier, quæ masculum
pepererit, triginta dierum requiem habeat, quæ foemellam enata
fuerit Mater, sexaginta dierum requiem obtineat: ita textus:
*M. licet, quæ suscipio semine pepererit masculum. &c. triginta
tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. &c. si autem
foeminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus. &c. sexa-
ginta*

ginta sex diebus manebit in sanguine purificationis sue: quæ causa subest, quod mater majorem & longiorem requiem, ac pacem obtineat, ob enixam, ac partam filiam, quàm ob filium genitum? inprimis: quæro ego quid est pax? pax, & requies, est summum ac ditissimum Dei donum: qui pacem dedit, verbo omnia bona dedit; inquit glossa: tantum est bonum pacis, ut in terrenis, atque mortalibus nihil gratiosius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil melius inveniri, nihil felicius possideri, scribit S. Augustinus lib. 19. de Civitate cap. 11. Quæ nunc mater filiam pepererit, in duplo tanto bono donatur, gratiarum favoribus, ac benedictionibus ditatur: causam indicat Theodoretus quæst. 14. in Leviticum: Laborem habet mater in educando filio; sed duplo majorem laborem, curam, ac sollicitudinem habet mater in educanda filia, longior ergo pax & requies donatur matri, dum genuit filiam, quàm dum filium enixa est; in solatium nostrum doctrinam eruo: quæ honesto ac sedulo labore acquirimus, lucratur opere manuum nostrarum: in duplo Deus benedicit, duplici augmento & prosperitate facit crescere, durare, perseverare, in posteritates perennare.

Severus Imperator militibus communiter hanc tesseram dedisse *Epilogus*.
legitur: *Laborandum*: innuens laborem honestum sequi ad calcem præmium gloriæ, honorum, ac divitiarum Dei specialium benedictionum. Hanc relinquo tesseram omnibus Christianis, labore honesto se occupent, & parta sudore & labore suo, experientur magis sibi proficua, prosperatura, ac perennatura; concludo cum S. Hieronymo in Epistol. *Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur.*
Amen.



(Eee) 2

IN FESTO



IN FESTO SANCTI ANDREÆ.

CONCIO SECUNDA.

Textus. *Secuti sunt eum. Marci cap. 4.*

Thema. Festinanter, Deum vocantem, monentem sequi, ejusque inspirationibus obedire, animam salvat.

Exor dicitur.



Ques Pastorem audiendo, & sequendo, optimè habent, & in salvo sunt, sic docente Christo: *Ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. Qui salvabitur, egredietur, & ingredietur, ac pascua inveniet.* Joannis cap. 10. Pastorem ovium se Salvator noster nominare dignatur: *Ego sum Pastor bonus: Christianus est Christus ovis, salvabitur, cœlum ingredietur, pascua benedictionis temporalis, ac æternorum gaudiorum inveniet, si vocantem, monentem, hortantem Pastorem Christum secutus fuerit, vocationi, inspirationi divinæ, quæ vel per propriam conscientiam, vel per concionatorem, vel per patrem spiritualement provenit, obediaverit.* Audiamus desuper Sacram Scripturam: *Qui me audierit, absque terrore erit, & abundantiam fruetur, timore malorum sublato.* docet Salomon Prov. cap. 1. & iterum cap. 3. *Custodi legem meam, atque consilium meum, & erit vita anima tua. Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis.* promittit æterna Veritas: *Isaiæ cap. 1. & cap. 55. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.* Et Christus affirmat Matthæi cap. 7. *Omni,*

*Textus Sacra
Scriptura.*

qui audit verba mea, hac, & facit ea, assimilabitur viro sapi-
 enti, qui edificavit domum suam supra Petram. Percipiamus
 & Patres: Ambulare vis ego sum via; falli non vis, ego sum
 veritas; mori non vis, ego sum vita; hoc dicit Salvator tuus.
 Non est quo eas, nisi ad me, non est quâ eas, nisi per me. Ita
 eleganter S. Augustinus tract. 22. in Joannem, & iterum
 tract. 26. post initium: Ramum viridem ostendit ovi, & tra-
 hit illam, nuces puero demonstrantur, & trahitur, si ergo ista,
 qua inter delicias, & voluptates terrenas revelantur amanti-
 bus, trahunt, quoniam verum est: trahit sua quemque volup-
 tas; non trahat revelatus Christus à Patre. Unde hortatur
 Serm. 112. de temp. Studete, ut cognoscatis voluntatem Dei,
 postquam autem cognoveritis, summo nisu contendite, ut hanc
 faciatis. Vir obediens mandatum non procrastinat, sed statim
 parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi,
 & se totum intus colligit, ut mandatum peragat imperantis.
 inquit S. Bernardus in cap. 9. Actorum. Nervosè S. Gre-
 gorius: orat: in Bapt. Tibi & belli ac pacis tempus sit, at-
 que omnis denique rei, at verò salutis tuæ negotium semper, &
 sollicitè age. Appositè S. Chrysostomus lib. 1. de Provid. cap.
 7. Sicut lutum quocunque manus se formantis duxerit, sequi-
 tur, ita hominem, quacunque Deus jusserit, & sequi, & que
 tibi insulerit, grato animo perferre convenit. Suaviter mo-
 nec Ephrem Serm. 1. de pœnit. Sentis, quod ostium pœnitentiæ
 tibi apertum sit, festina priusquam occludatur, ignoras quâ ho-
 rii celestis medicus ostium medicine suæ clausurus sit, festina igitur,
 ut cures. Aurea sunt verba S. Brunonis, hortantis se,
 qui vocantem Deum: Jubentis Domini obedire voluntati, in-
 de est, quod cæli enarrent gloriam Dei, inde est, quod mare &
 venti obediunt ei; inde est, quod terra nostra dedit fructum
 suum, inde est, quod omne lignum dat fructum in tempore suo:
 denique quod virga in serpentem, & aqua mutatur in sangui-
 nem,

(Ecc) 3

nem, quod mare aperitur, quod petra fundit aquas, quod manna pluit, quod Jordanis convertitur retrorsum, quod juvenit homine, sol non movetur, totum hoc obedientia facit. tract. 1. de ortu Ecclesiæ cap. 10. Sequi vocantem Christum inquit Jacobus Alvarez tomo 2. disp. 5. part. 3. cap. 1. Hæc est quadriga, quâ Elias à mortalium cætu sublatus, & ad superas sedes evectus; hæc paupertatem fovet, castitatem perficit, virtutes reliquas urget, ne segnes vacent, & in suorum operum labore vacent. Hæc est, qua ut fidelissima comes, & solertissima adjutrix viro iusto adstat, ut viam salutis currere incipiat, ut in eâ progressus faciat, & ut feliciter ad finem optatum sanctitatis perveniat. Deo parère, libertas est. inquit Seneca. Imploratâ S. Spiritus gratiâ desuper Conceptus pandam.

Alvarez.

Seneca.

CONCEPTUS I.

Perlegere libeat lib. primi Regum caput 3. hic invenimus Deum Samuelem ter vocasse: Et vocavit Deum Samuel, qui respondens ait: Ecce ego. &c. Et adjecit Dominus rursum vocare Samuel, consurgensque Samuel abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego quia vocasti me; &c. & adjecit Dominus, & vocavit Samuel tertio. &c. Tertia vice non tam vocat Dominus Samuel, sed & adstat ei sua augustissima præsentia: Et venit Dominus, & stetit, & vocavit, sicut vocaverat secundo: Deum alicui aditare, est eundem adjuvare, & salvare; quod nunc Deus clementissimè Samueli, quem vocaverat, ut adstet, indicat: DEUM Samuelem mirabiliter velle adjuvare, ac salvum facere. Quomodo Dei assistentiam, & clementiam Samuel promeruit? meruit, inquit Cajetanus hæc: quia promptè vocantem Deus secutus est: Ecce ego, ecce ego: Ad triplicem illam vocationem prompta Samuelis sequela, & obedientia promeruit, ut Deus amplius Samuelem non transierit, sed ei clementer adstiterit. Nisi tribus vicibus vocasset per modum transeuntis, nequaquam hæc quarta vice describeretur stesisse. Verba sunt S. Cajetani in

in cap. 3. lib. 1. Regum. Deum ergo vocantem sequi, impetrat specialem assistentiam divini numinis, & adjutorium ad salutem consequendam.

CONCEPTUS II.

Filii Israel mirabiliter salvantur ad mare rubrum Exodi: cap. 14. *Cum extendisset Moyses manum super mare, abstulit illum Dominus flante vento vehementi, & urente, tota nocte, & vertit in siccum, divisaque est aqua, & ingressi sunt filii Israel per medium sicci maris. &c.* Sic clementissimè à persequente Pharaone salvati, crudelissimè multa millia eorum in deserto pereunt, ac cadunt. *Cecideruntque in die illa quasi tria milia hominum.* Exodi. 32. Quo modo hinc filii Israel intereunt, qui ad mare rubrum, tam mirabiliter salvantur? causalis, tam salutis, quàm & interitus patet ex citatis Scripturæ locis. Exodi 14. inquit Scriptura: *Dominus precedebat eos, ad ostendendam viam per diem in columnâ nubis, & per noctem in columnâ ignis; ut Dux esset itineris atroque tempore.* DEUM ductorem sequebatur populus quàm cautissimè, sic vocantem, hortantem, ducentem Deum, dum populus sequitur, mirabiliter salvatur. *Non solum, inquit Lyra, ostendebat viam, sed etiam protegebat; sequuntur Deum Ducem, parent, per columnam nubis & ignis, monenti, vocanti, ducenti Deo, & protecti mirabiliter à Numine salvantur, salvi, & incolumes sicco vestigio mare pertranseunt, hostem eludunt.* In deserto non amplius parent Deo, Numen non sequuntur, sed ut Deus eos sequatur, ipsis obediat, intendunt, *fac nobis Deos. &c. fecit vitulum constabilem.* Deum talem exigebant, quem non amplius ipsi sequantur, sed quo ipsi vellent deportarent eosquè sequeretur; & sic perierunt. Morale hoc elicio: Peribit, qui Deum sibilem sibi parentem, & obedientem cogitat; salvabitur verò, & felicissimo itinere terram promissam regni cœlestis introibit, qui vocantem, hortantem, ac ducentem Deum, velox, & obediens securus fuerit, Numinis inspirationibus, hortationibus obediverit. *Non solum ostendit viam, sed & protegit, & salvat sequentes Deum vocantem.*

CON-

CONCEPTUS III.

Abrahamo apparuit Deus, unus in substantia, trinus in personis, in formâ trium virorum: *Apparuerunt ei tres viri, stantes propè eum.* Genes. cap. 18. Loth, non tres, sed duo solùm viri apparent: *Viri erant duo* Genes. 19. nec propè ei assistere dicitur. Si his viris peregrinis obviam processit, & comiter habitus Abraham: *cucurrit in occursum eorum.* Genes. 18. Etiam Loth surrexit, & ivit obviam eis. cap. 19. Si Abraham viatores hos cibavit, tulit butyrum & lac, & vitulum, quem coxerat, & pesuit coram eis. Et Loth hospites istos tractavit: *Ingressis domum illius fecit convivium, & coxit azima, & comederunt.* Si Abraham, ut ad se diverterent, invitavit: *Domine si inveni gratiam in oculis tuis, nè transas servum tuum.* Et Loth manere coëgens compulit illos oppidò, ut diverterent ad eum. Si non majus, certe par, ut Abraham, Charitatis obsequium, hospitalitatis servitium præstat Loth; magis tamen, præ Loth; Deus Abraham remuneratur, liberaliorem se erga Abraham, quam erga Loth exhibet; Abraham, unus in essentia, trinus in personis apparet Deus, & simul propè assistit, quasi omni modo, ac profundissimâ liberalitate Abrahamum benedicens, adjuvans, & salvans. Quis in merito Abraham superat Loth? meritum est obedientia; vocantem Deum quia Abraham incunctanter sequitur, quem vocantem ocyus sequi cunctavit Loth. Vocat Deus Loth: *surgitolle uxorem tuam, & duos filios, quos habes, ne & tu pariter pereas in scelere civitatis, dissimulante illo:* Genes. 19. notat dissimulante illo: Loth minimè vocantem Deum sequitur, tardat inobediens: dixit quoque Deus ad Abraham: *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram morianis, atque ibi offeres eum super unum montium, quem monstravero tibi: Igitur Abraham de nocte consurgens stravit asinum suum, ducens secum duos juvenes, & Isaac filium suum.* Genes. cap. 22. Vocantem sine cunctatione sequitur, parat, obediens Abraham, hinc majorem favorem præ Loth experitur, majorem fruitur gratiâ. DEUM vocantem qui sic promptus sequitur, & mi-

& majores Dei favores experietur, omnimodè sibi addictum, se adjuvantem habebit.

CONCEPTUS IV.

Salomon in Sancta Sanctorum, & oraculum Cherubinos constituit: *Et fecit in oraculo duos Cherubin.* 3. Regum cap. 6. *Maia* etiam Seraphinos ad thronum Dei stantes vidit: *Seraphimi stabant super illud:* Isa. cap. 6. *stare*, firmitatem possessionis, securitatis, & salutis indicat certitudinem: quod in oraculo Cherubini locentur, quod ad thronum Dei proximi ac vicinissimi stent Seraphini, incolumitatem salutis eorum significat; quid quæso Cherubinos & Seraphinos de salute sua adeo certos, tutos, ac firmos reddit? reddit velox, ac promptus animus divinis in imperatis; ex signo patet veritas: de Cherubinis, quos Salomon in oraculo constituit, inquit sacer textus; *Extendebant autem alas suas Cherubim, & tangebant ala una parietem, & ala Cherub secundi tangebant parietem alterum.* *Maia* de Seraphinis quoque scribit: *Sex ala uni, & sex ala alteri, &c. duabus volabant.* Ala extenta, animi obsequentis est symbolum, cui Glibertus Lémma subscribit: *sublimat*: quod nunc Seraphini, & Cherubini alas extendant, divinis jussis obsequendi promptum ostendunt stultitium, & hic Deum obsequendi promptus animus adeo *sublimat*, de salute tutos, certos, ac stabiles facit Seraphinos ac Cherubinos. Est hic conceptus doctissimi Lyrani in cap. 6. *Maia*. *Volabant ad designandum, quod Angeli semper sint parati ad divina ascendere, & ad inferiora descendere, secundum Domini voluntatem, ideo volatus in medio loco disponitur, quasi ad utrumque paratus.* Qui ergo mortalium exemplo Seraphinorum, & Cherubinorum alas extentas gesserit, velox, ac promptus vocanti, hortanti, monenti Deo, obsecundaverit; ille & *stabit*: firmus in gratia Dei, tutus de salute animæ. Videamus figuram.

CONCEPTUS V.

Philistinorum Principes concludunt, Arcam Domini, quam ceperant, iterum Judæis restituerunt, ac in Bethsames, quæ *filii domus interpretatur*, transmittere; ad hoc intentum, Arcam super currum posuerunt, ac in Bethsames, per duas vacca foetas devexerunt, quæ sine duce, recto itinere in Bethsames, in *Solis domum* ingressæ sunt, & ad terminum præfixum pervenerunt, sicque holocaustum Deo placitum factæ sunt; *Tolentes duas vaccas, quæ lactabant vitulos, junxerunt ad plaustrum, vitulosquæ earum concluderunt domi, &c. ibant autem in directum vacca per viam, quæ ducit Bethsames.* 1. Regum cap. 6. Quomodo factum est, quod adeo directè ad terminum præfixum, in Bethsames, in *domum Solis* pervenerint? Deo holocaustum acceptabile factæ? Hugo Cardin. in hunc locum causam tam felicis itineris, ac termini obtenti adscribit obedientiæ, ac obsequenti voluntati animalium, uti Scriptura pariter designat: *Itinere uno gradiebantur, pergentes & mugientes, & non declinabant nequæ ad dexteram nequæ ad sinistram.* Non declinare nequæ ad dexteram, nequæ ad sinistram, perfectam obsequat animi obsequenti voluntatem; qui sic collum suum iugo divino, præceptis Dei, & Ecclesiæ subdidit, vocantem, mandantem Deum, secutus fuerit, nequæ ad dexteram, nequæ ad sinistram propriæ voluntatis declinaverit, sed uno, ac recto itinere, voluntatis divinæ, hortantis conscientie obsequens, piis monitionibus ac hortationibus Patris spiritualis obediens, progressus fuerit, terminum præfixum æternæ felicitatis attingit, in domum solis, regnum cœleste, tutus perveniet, salvus, holocaustum Deo acceptabile æternum fiet.

CONCEPTUS VI.

Joannes cap. 5. narrat, Jerosolymis fuisse piscinam adeo medicinalem, ut virtutem habuerit sanandi quoslibet, & quantumvis gravissimis morbis afflictos, sed cum hac clausula; *sana-*
bat,

bat, & salvabat solum illum, qui ad motum illius piscinæ, quanto-
 citius se aquæ immittebat; qui motum aquæ sine interpolita mora
 sequebatur, sanus & salvus egrediebatur. *Qui prior descendisset
 in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat, à quacunquè
 detinebatur infirmitate.* Misericordiam divinam non immeritò
 hanc piscinam dixerò; motus in hac piscina, sunt vocationes, &
 monitiones, & salubres hortationes, ac conscientia stimuli; qui
 homo, dum motum divinæ misericordiæ, vocantem, & hortan-
 tem se Deum, in corde, mente, ac animo suo advertit, & con-
 tinuò sequitur, bonas has inspirationes opere complet, sanabi-
 tur, salvus fiet. Ita concludit S. Paulus. 2. ad Tim. cap. 3. *Utilis
 est enim de vocatione divina loquitur ad docendum, ad corrigen-
 dum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad
 omne opus bonum instructus.*

Hortor ergo cum Davide Psalmo 94. *Hodie si vocem Domini Epilogus.
 audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Et cum Eccles.
 cap. 51. *Operamini opus vestrum ante
 tempus, & dabit vobis.
 Amen.*





IN FESTO SANCTI ANDREÆ.

CONCIO TERTIA.

Textus. Venite post me. Marci cap. 4.

Thema. Fructuosissima est crux, ac tribulatio.

Exordium.



Nota Christi vita, mera fuit crux, & tribulatio: Crux & tribulatio est paupertas, hanc amplexatur Christus, nascitur pauper in stabulo: *quia non erat ei locus in diversorio.* Lucæ cap. 2. Crux & tribulatio est persecutio, & hanc patitur Christus ab infantia usque ad ultimum mortis suæ momentum, adhuc infans dum vagit, *quirit Herodes occidere puerum.* Matth. 2. Siæ intermissione Judæi Christo insidias struunt, donec infami ligno affixum, crudelissimè occiderint, Vocando ergo Apostolos, Petrum & Andream, ac Joannem, *venite post me*, ad cruces & tribulationes vocat, sicquè viam monstrat ad cœli gaudia securissimè deducentem, artem docet lucrandi, ac merendi quæstuosissimam: pulchro emblemate tribulationum, ac crucum quæstum depinxit Academicus; nempe cœlum tonans, fulgurans, ac copioso imbre turbidum, cum lemmate: *sic gignit gemmas.* docet enim Aloysius Novarinus tomo. 2. Adagi: Num. 567. *Cum sæpè tonat, & imber largior funditur, magis pinnas concipere, unionesque plurimos generari, & insignis magnitudinis.* Infert nunc elegantissimè Athenæus lib. 3. *Utilis, secundus tribulationum est imber, quò copiosior decedit, eò pretiosiores virtutum generantur uniones.* placet Scripturæ veritas: *In paucis vexati, in multis benè disponentur, quoniam Deus tentavit eos, & invenit*

*Textus Sacra
Scriptura.*

DEUS ME

2 (17)

venit

venit eos dignos se. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus eorum. Sap. cap. 2. Omnes, qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transferunt fideles; inquit Judith. cap. 8. Hoc habet pro certo omnis, qui te colit, quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur. Tobia cap. 3. Id quod in presenti est momentaneum, & leve tribulationis nostra, supra modum in sublimitate, aeternum gloria pondus operatur in nobis. predicat S. Paulus 2. ad Corinth. cap. 4. & ad Rom. cap. 8. Existimo quod non sint condigne passiones hujus temporis, ad futuram gloriam, qua revelatur in nobis. Audiamus S. Patres: *Patres.*
 Duae sunt hominis natiuitates, nasci, & renasci, nascimur ad laborem, renascimur ad quietem, nascimur ad miserias, renascimur ad aeternam felicitatem. scribit S. Augustinus Serm. 100. de temp. cap. 2. & lib. soliloq. cap. 21. Qui hic cruciantur, a te consolantur, Et in Psalm. 52. Ille in terra gemitat convitia, tu in caelo lucra. Perpulchrè perorat S. Ambrosius: lib. 3. Hexam. cap. 12. *S. Ambrosius.*
 Quemadmodum vitis circumfoditur, inde reciditur, ac religatur, ut erigatur, pullulet, propagetur, florescat, emittat germina, utraque maturescant, & vinum suave reddat; ita anima à Deo foditur contritione, reciditur tribulatione, religatur Charitate, erigitur spe, ut pullulet sancti desiderii, propagetur eorum studio, florescat gratia, emittat opera sancta, maturescat perseverantia, & reddat fructus vitæ aeternæ dignos. Consolatè scribit S. Bernardus Serm. 17. in Psalm. *S. Bernardus.*
 Prælibemus primitias gloria, gloriemur in spe gloriae magni Dei, non solum autem, sed ut dicam expressum, gloriemur in tribulatione, in ea siquidem spes est gloria. Egregiè S. Petrus Chrysologus Serm. 15. *S. Chrysolog.*
 Servi tui, etsi patiuntur mala, non patiuntur ad pœnam, sed subeunt ad coronam, adversa illis non sunt necessitatum cause, sed sunt causa victoria. Et iterum in Epist. Trituratur granum, ut reponatur

(Fff) 3

natur

natur in horreo, quadratur lapis, ut sine sonitu mallei in edificio templi collocetur; movetur turbo, ut Elias rapiatur in celum. Maximum est remedium interioris hominis, si in hac aru mundi variis passionum flagellis trituretur exterior. Quam op-

S. Gregorius. timè S. Gregorius. Tanto spes in Deo solidior surgit, quanto pro illo quisquè graviora pertulerit; quia nequaquam retributionis gaudium de aternitate colligitur, quod non hic prius per tribulatione seminatur. Unde lib. 6. Moral. cap. 12. inquit: Persecutores aurifabri sunt, qui nobis presentis, & aterni regni coronam fabricant. & alibi habet: Mala, quæ nos premunt, ad Deum ire compellunt. Adversis irruentibus, separator

S. Anselmus. terra fidelis anima, & cælo sit proxima. ait S. Anselmus, & *Rupertus Abbas.* Rupertus Abbas in cap. 21. Genes. Adversa mundi plerumquè dilectam animam iurant, ut anhelantius tendat ad Deum. similitudine exprimit Climacus gradu 26. Quædam

Climacus. modum cœercitæ aqua in altum assurgunt, ita sanè anima periculis circumvallata, ad Deum per penitentiam exsurgit. De

S. Petrus Damianus. Apostolis Petro & Paulo scribit Petrus Damianus Serm. 1. Crux, qua eos morientes huic vitæ subtraxit, cælesti Jerusalem renascentes, cum triumphali gloria novos civis invenit. Et iterum lib. 8. ep. 6. Laudanda divina est dispensatio, quæ ad hoc suos temporaliter verberat, ut perpetuis eos flagellis abscondat, ad hoc premit, ut elevet, ad hoc secat, ut sanet, ad hoc dejicit, ut exaltet. Imploratâ S. Spiritus gratiâ, desuper Conceptus audiamus.

CONCEPTUS I.

Confirmatio. In Evangelio genealogiæ Christi JESU Matth. cap. 1. Duo observo, primum est, Davidem Abrahamæ præponi, *liber generationis JESU Christi, filii David, filii Abraham.* Prius, & ante David fuit Abraham, & prius ac ante David de Christo Abraham facta est compromissio, quid ergo subest mysteriû, quod Evangelista,

gelista, in genealogia, Davidem, qui longis annis post Abraham
 tuit, Abraham anteponat, prius David, deinde primò Abraham
 consignet? *liber generationis JESU Christi filii David, filii
 Abraham.* Secundum est, quod observo; In Evangelio Genealo-
 gia Christi, multi recensentur Reges, ut Salomon, Roboam, Assa,
 Ezechias. &c. Sed simpliciter, & semel tantum dicuntur Reges,
 solus David, bis Rex nominatur: *Jesse autem genuit David Regem,
 David autem Rex genuit Salomonem.* Cur David junior præfer-
 tur seniori Abraham, cur David non semel, sed bis, rex à Sacra
 Scriptura deprædicatur? Ad utramque questionem respondeo:
 Docet Scriptura Davidem variis tribulationibus in vita sua
 afflictum vixisse; tribulatio magna est, vivere persecutus:
 persecuciones longo tempore patitur David; à Rege Saul,
 canis instar, persequitur: patet ex lib. Regum. 1. cap. 21. & 22.
 23. 24. cap. Magna tribulatio injuriis affici, ab amicis & eis, qui-
 bus benefeceris, offendi, & affligi; & injurias patitur David ab
 uterino filio Absolon, ex aula propulsatur, 2. Regum. 15. à Semei
 convitiatur. 2. Regum. 16. Magna est tribulatio, fames & pau-
 pertas, & hæc premitur David, profugus à facie Absolon, panem,
 & comæatum à Berzellai erogare coactus est: 2. Regum 17. Magna
 Tribulatio est Pestilentia, & hanc luit David, ubi per tres dies
 70. millia extinctorum deplorat. 2. Reg. 24. Magna tribulatio,
 mors immatura filiorum, & hanc indoluit David, dum innocen-
 tum ex Bersabea natum, in flore mortuum amarè luget. 2.
 Regum 12. Magna tribulatio parentibus filii immorigeri, & hos
 lamentatus est David, Ammonem incestuosum, 2. Regum 13.
 Absolonem fratricidam & rebellem, cap. 15. David ergo in omni
 sorte & genere tribulatus est. Tribulatio, non immeritò viva
 crux dicitur, e contra Abraham, Requies, & refrigerium intulari
 valet, sic Dives Epulo Lazarum in sinu Abraham, in requie, in
 refrigerio conspexit. Præponitur ergo in Christi genealogia, David
 tribulatus, & omni genere afflictus, Abraham, qui requiem,
 refrigerium, præmium significat, ad mysterium indicandum;
 requiem, refrigerium, præmium, indubiè sequi tribulationem,
 tribulationem qui patienter sustinent; requiem ac refrigerium,
 præmium ac mercedem percepturos fore. Est hic Conceptus
 Pauli de palatio in cap. 1. Matth. *quia Sacra Scriptura docet*
similia

simum Abrahæ esse locum refrigerii & quietis, cum igitur Abraham designet quietem, inruit Dominus, ut filius sit Abrahæ, & quietus prius fuisse filius David, angustiis, & laboribus pressi. Et hæc etiam de causa David bis Rex intitatur à S. Matthæo, ut intelligeremus: si illi, qui proximum diligunt, si illi, qui in egenis misericordes sunt, si illi, qui castè vivunt, si illi, qui humiliter degunt, si illi, qui sedulo orationi insistant, præmium certum à DEO consequentur, ac fructum laborum suorum percipient, tribulationes, adversitates qui patienter tolerant, non simpliciter, sed in duplo, præmium, mercedem, ac fructum remunerationis colligent: Ita concludit doctissimus Nissenus Sabbatho post cineres §. 5. Ideo S. Matthæus Davidi bis Rex dixit, ut intelligeremus, quantum antecellat is, qui pro Deo patitur, illes, qui in domo Dei sine tolerantia calamitatum versantur, ob id, quod sint servi, tum illi bis Reges sint, qui servitutem patienter cumulant, & adornant.

CONCEPTUS II.

David Psalm. 17. Christum Salvatorem nostrum *Altissimum* intitulat: *Altissimus dedit vocem suam*: Item sedem Christi in dextra Dei Patris, David nominat: *Tabernaculum: Quis habitabit in Tabernaculo tuo?* Pl. 14. sedem & mansionem filii DEI in cœlesti gloria non Thronum, non Palatium, sed Tabernaculum vocat; cur quæso David Christum, non potius unigenitum Dei filium, aut Hæredem universorum, ac Regem Regum, Dominum Dominantium, sed *Altissimum* intitulat? Et cur sedem ejus potius Tabernaculum, quam Thronum vocat? S. Ambrosius lib. 3. de fide: cap. 2. advertit: David tunc Christum titulo *Altissimi* honorasse, dum mare tribulationum circumdatus in durissimam crucem affixus, mortem crudelissimam sustineret. *Dubitari non potest, quod Altissimus Christus sit, cum David dixerit de mysterio sua passionis, Altissimus dedit vocem suam.* Verba sunt S. Ambrosii: quo titulo David indicat: tribulationibus pressos, non ut unum, non ut duo, neque ut tria, vel quatuor, sed ut octo, summè nempe, à DEO remunerari, præmi-

præmiari, exaltari. Tabernaculum vocat Christi sedem; *Tabernaculum*, inquit Hugo Cardinalis in cap. 1. Exodi, *tam dicitur tentorium militum, quàm tugurium, sive casa pauperum*, ut hac ratione significet; qui cum Christo tribulati, angustiati, afflicti vixerint, ac devicerint in hoc mundo; tentorium miseriarum patienter inhabitaverint in hac via, ibi in requie ad Christi sedem proximi, propinqui constituti, præmium tabernaculi, triumphum, ac gloriæ specialis præmium æternum consecuturi sunt. Patet hoc ex cap. 24. S. Matthæi.

CONCEPTUS III.

S. Matthæus narrat citato capite: In universali Judicio crucem, tanquam arborem vitæ, conspicuam fore: *Tunc parebit signum filii hominis*. Cur tunc rectè crux apparebit? explico me moralitate: à magno Principe instituitur concertatio quedam, hic ad metam currentium, ibi ad scopum jaculantium; interrogas, quis optimum reportabit? summum præmium lucrabitur? utique ille, qui metam præfixam attigerit, qui scopum seu metam signatam tetigerit: nunc ad propositum; signum crucis, miseriæ, ac tribulationis ab æterno Patre meta præfixa fuit Christo, & à Christo Domino destinata est omni Christiano; tribulatio, ac adversitas, centrum ac signum est à Deo præfixum, quod qui attigerit, præmium regni cælorum reportabit. Dies judicii universalis, dies erit remunerationis ac præmii, signum ergo crucis ponitur in cælo, ex hoc signo prænoscant, & sciant omnes tribulati, se optimum in die illo lucraturos fore, se summum præmium recepturos, uti ex arbore fructus, ita ex cruce, & tribulatione patienter perpessa, certa spes præmii, & gaudii æterni desumatur. Est hic Conceptus Pauli à Palat. cap. 24. Matth. *Crux apparebit in cælo, ut notetur, cælum deberi cruci.*

CONCEPTUS IV.

David canit Psalm 67. *Penna columba deargentata & posteriora dorsi ejus, in pallore auri.* Aurum pretiosius est quam
 Pars II. (Ggg) argen-

argentum, & qui regia magnificentia condignè donantur, auro præ argento ditantur; cum ergo aurum pretiosius sit, majoris pretii, ac valoris, mirum quod columba Davidica, auro exornetur in dorso, in parte posteriori, argento verò, quod minoris pretii, ac valoris est, à parte anteriori? modo anteriora, à oculis patentia, inaurantur, retrò, & à tergo quæ sunt, obviè rudi colore pinguntur, quid ergo mysterii latet, quod Davidicæ suæ dorsum, partem posteriorem, præ parte anteriori, collo, aut capite, auro veliat, & exornet? *penna columba deargentata, & posteriora dorsi ejus in pallore auri.* Columba, quæ pro cantu gemit, tribulatum, angustiatum, afflictum hominem figurat, dorsum, & pars posterior corporis, maximis etiam oneribus deportandis, designatur: columba ergo David dorsum inaurat, indicans; ut aurum majoris valoris est, præ argento, ita auro, majori præmio, in cœlesti gloria distabuntur tribulationum & angustiarum onera patienter deportantes, ac sustinentes; est hæc suavis cogitatio Hugonis à S. Victore: lib. 1. de bestiis: cap. 3. *In dorso solent onera portari, & per hæc eadem possunt operum labores designari. Per posteriora verò dorsi designatur expectatio præmii, post tolerantiam scilicet presentium laborum, in futuro subsequi credimus justis meritorum præmia, & hoc in pallore auri esse credimus.*

CONCEPTUS V.

Supplicat mansuetissimus Moyses omnipotenti Deo; *inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam.* Exodi 33. Respondet ter optimus DEUS: *Ostendam tibi cuncta bona:* Omne bonum; Ergo expectat Moyses, & non aliter concludit, quàm quia cœlum aperietur, & majestas illius ineffabilis gloriæ sibi apparebit; at dum fixius inspicit, & visionem beatificam intueri expectat, vocem inaudit: *Posteriora mea non videbis.*

videbis. Quid mirum? Deus Moyfi omne bonum promittit; *Ostendam tibi omne bonum*: & dorsum ei monstrat: *Posteriora mea videbis*: an in dorso DEI omne bonum? spes summa præmii, ac remunerationis? Ita est, Auditores! Quid nunc videre est in dorso Dei filii hominis JESU Christi? nisi flagra, & verbera, nisi ponderosa crux, & sanguinem manantia vulnera; omne bonum ergo promittens Deus Moyfi, dorsum monstrat inspiciendum, quasi instruat; omne bonum videtur, summo præmio in æterna visione perfrueris, ô Moyses; ac Christiane! si, exemplo Christi, cruces temporalium tribulationum, adversitatum, & miseriarum patienter pertuleris. Ita glossatur in citatum textum Exodi S. Anselmus: *O bone JESU! quid est in posterioribus tuis, in quibus faciem tuam videbimus? nihil aliud certè, quam quinque millia flagellorum, ossa nuda, plagequè crudelissima: quasi dicat: nulla atia brevior, ac rectior via, ad faciem meam videndam, quàm oculos in posteriora mea configere, per tot passionem ego veni ad gloriam, & per eas pervenire debet, quisquis illam mecum obtinere desiderat.* Christianus ergo tribulationes & miseras hujus mundi patienter tolerando, crucem adversitatum portando, non bonum simpliciter, sed omne bonum, summum præcium, summam remunerationem temporalis consolationis, & æterni gaudii obtinebit.

Cum S. Andrea ergo zelantes amplexemur Crucem, *salve* Epilogus,
o bona crux. Hortor cum S. Gregorio hom. 36. in Evangelia:
Ad magna præmia perveniri non potest, nisi per magnos labores, unde
& Paulus egregius Prædicator dicit: non conorabitur, nisi qui
legitimè certaverit. Delectat igitur mentem magnitudo præmio-
 rum,
 (Ggg) 2

*rum, sed non deterreat certamen laborum. Finem imperio
operi verbis Ruperti Abbatis in cap. 2. Apocalypf. Hic in
legale est apud cælestem regem, ut sicut ipsi Pater, ita ipse disponat
in regno præmium permanentibus cum illo in tentationibus ejus
ut si sustineamus, conregnemus, si compatiamur, conglorificemur
si amarum calicem bibamus, consideamus in regno, si
configamur cum Christo cruci, farum
mellis degustemus.*

Amen.

F I N I S.



INDEX